



6
17 E
39



P. Hieronymo Lagomarsinio S. J.

LUDI
RHETORICI, ET POETICI
IN ACADEMIA
CERVARIENSI IPSIUS DECRETO ACTI



AB ADOLESCENTIBUS
LINGUÆ LATINÆ, GRÆCÆQUE
STUDIOSIS,




A. D. CAL. NOV. ANN. MDCCLVI,

PARATI
A BARTHOLOMÆO POU,
Soc. Jes. Sacerdote,
UTRIUSQUE LINGUÆ
ACADEMICO PROFESSORE,



CERVARIÆ LACETANORUM

Ex Officinâ Pontificii, & Regii Gymnasii
excudebat Emmanuel Ibarra.





AD SPECTATORES



DE TOTA LUDORUM RATIONE

BARTHOLOMÆUS POU, SOC. J. SACERDOS.



Ostquam in animum meum induxi Ludos Latinos, Græcosque, qui toti ad humanitatem pertinerent, Sapientissimæ Academiæ apparare; quamvis sæpe numero Academicorum Cervariensium judicio, quod in spectandis Ludis de me, meisque Discipulis gravissimum facturi essent, commoverer: sæpius tamen illorum æquitate, atque humanitate omnibus satis spectatâ recreabar. Videbam enim, me industriæ meæ Spectatores eos habiturum, à quibus, si quid in Ludis stetisset, recte ac sapienter applaudi posset: sin autem minus dignum aliquid gravissimo ipsorum concilio allatum esset, sperabam, ipsos, cum humanissimi essent, id vel Adolescentibus nostris, vel nobis etiam facile condonaturos. Nam Academicorum hominum majorem prudentiam, rerumque usum esse cognoveram, quàm ut maturiores eruditionis, atque eloquentiæ fructus ab Adolescentibus nostris exigendos putarent; qui præcoces in tenerâ ætate Sapientibus viris placere minime solent. (a) De me autem ipso illud mihi pollicebar, fore, ut studium, conatumque nostrum gratum sibi, ac jucun-

A 2

(a) Quinctilianus *lib I. cap III. Illud ingeniorum velut præcox genus non temerè unquam pervenit ad frugem.*



cundum Cervarienses Academici haberent; Ludorum vero exitum, si minus ex sententiâ cecidisset, non iniquo animo paterentur; atque illius rei veniam eò nobis faciliùs tribuerent, quò difficilius esset aliquid afferri summæ illorum sapientiæ, eruditioni, judicio, eloquentiæque aptum atque consentaneum.

Et verò Auditores nostri Ludorum suorum spectatione commoti, cum optime perspicerent, se apud eruditissimos viros ingenii, & doctrinæ periculum esse subituros, tantam adhibuêre contentionem, ut ego potius admirator illorum diligentiæ fuerim, quam hortator. Quod si in nobis tanta eruditionis copia, tamque exquisita docendi ratio fuisset, quantus erat illorum impetus ad eloquentiæ laudem, quamque alacris discendi cura; næ illi sese Academiæ sisterent si minus ipsius admiratione, at certe conspectu dignissimi. Ergo nos quoque ipsi, vel studio, exemploque Discipulorum nostrorum admoniti, quantum in nobis situm fuit, & non indignos tantâ Academiæ Cervariensis eruditione, atque humanitate Ludos parare conabamur; & in iisdem ex Academico decreto indicendis novam quasi formulam, minimeque vulgarem adhibuimus.

Itaque simul quid in his Ludis profiteantur nostri Auditores, sese præstaturos; simul, quam rationem exercendæ ad hos Ludos juventutis servaverimus, paulo copiosius, ac plenius, quàm ut communis ferat consuetudo, exponemus: siquidem prius de iis dixerimus, quæ ad *Actionem*, & *Spectaculum* meditata, ac cogitata afferant Adolescentes. Nos equidem cum in Academiâ Cervariensi scenam futuram esse videremus, ea Academicis Doctoribus edenda paravimus, quæ maximé essent cum ipsorum laude, gloriâque conjuncta: in quo nihil veremur, ne æquis rerum æstimatoribus videamur, plus Academicorum voluntati, quam veritati, ipsorumque merito tribuisse. Quare in ipso aditu Ludorum eam

eam, placuit, orationem haberi, quæ *de retinendâ Eloquentiæ Gloria* potius, quám de recuperandâ (quod frequens Hispaniensium Criticorum argumentum esse video,) apud Cervarienses Academicos ageret: quippe apud quos florentissimam dicendi artem conspicerem.

Jam verò, cum ipsa Academia una præter cæteras externorum Scriptorum seu criminationes, seu veriùs calumnias, quod ad doctrinam Hispanorum pertinet, sapientiâ, atque eruditione suâ refutasset; latinam Tragœdiam conscripsimus, quod fabulæ genus aut ingratùm, aut incognitum Hispanis, confidenter exterarum gentium Scriptores pronunciant. (*b*) Fabula autem ipsa, ut tota nostris rebus propria sit, *Hispania Capta* est. In quâ nos religione officii, professionisque nostræ adducti, sacram, ut ita loquar, ac religiosam poeseos formam secuti sumus; ne quis eo nomine nos in jus vocandos existimet, quod & *Justitiam Divinam*, & *Angelum Patronum Hispaniæ* in scenam produxerimus: quod ipsum cum ab illustrioribus poetis est factitatum; tum verò in Actione nostrâ satis Historicæ veritati proximum, ac consentaneum. Præterea cum Cervariæ multos viderem, qui Græcè scirent, plures etiam, qui Græcanicæ linguæ operam, studiumque suum navarent; optimum factu judicavi, si Græcam Orationem in Ludis habendam curarem, quæ in persequendâ necessitate, atque honestate Linguæ Græcanicæ tota versaretur. In eo autem satis significavit Academia, quantopere studium Litterarum Græcarum sibi placeret, cum tenuem, nec scriptione magnopere dignam orationem, publici juris faciendam decrevit.

At-

(*b*) Auctor Theatri Hispanici, editi Parisiis anno M.D.CC.XXXVIII. disertis verbis detrahit Hispanis Tragœdiam. Quam notam diluit V. C. D. Augustinus de Montiano *Dissertatione I. de Hispanicis Tragœdiis.*

Atque hæc quidem sunt, quæ per Auditores nostros, cogitata prius, ac elaborata gravirati Spectatorum danda judicavimus. Ad institutionem vero atque exercitationem Auditorum quod attinet, primum quidem omnium Academicas leges secuti, totam illorum eruditionem ab accuratâ Scriptorum antiquorum lectione petendam arbitrabamur: ne quis fortè miretur, nullum restitutæ Latinitatis, ac ne optimum quidem inter juniores Scriptorem in Ludis esse productum. Quò verò uberiorem fructum in animis Adolescentum ea lectio pareret, id dedimus operam, quàm potuimus diligentissimam: primum ut Auditores nostri *Antiquitatis Cognitionem* compararent; deinde ut *Sensa Scriptorum* penitus perciperent; postremò ut frequenti, multiplicique *Scriptione* sese exercerent: quibus quidem rebus, atque officiis positam, ac definitam puerilem informationem censuimus; eam maxime, quæ locum in Scholis publicis habere possit. De quâ informarione juventutis mira præcipiunt, nullo usu, atque experientiâ edocti *Novarum* *μεθόδων* prope quotidiani Scriptores.

Antiquitatis ergo *notitia*, quæ facem non illustrem minus, quàm necessariam ad scripta priscorum hominum intelligenda accendit, nobis in præcipua quædam capita tributa est. Curæ enim fuit, ut Auditores nostri in animis informata illa, atque anticipata haberent: I. quæ magis antiquis usitata fuerit temporum supputandorum ratio: II. quæ vetusta orbis descriptio: III. quæ celebriora apud antiquos, orientis maximè, imperia: IV. quæ rei militaris, Romanæ potissimum, forma, atque disciplina: V. quæ Reipublicæ Romanæ, ipsiusque Magistratuum πολιτεία: VI. quænam, quàmque variæ priscorum Philosophorum sectæ: VII. quæ Poetarum genera, ipsisque familiarior μυθολογία: VIII. quæ vita, quæ virtutes, vitiave stili eorum Scriptorum, qui fuerint Hispanicè vertendi. Atque harum rerum omnium

ra-

rationem reddent Auditores noſtri ita, uti quam quiſque antiquitatis notitiam Scriptor maximè requirat, eam interpretationi ipſius maxime prævertant. Quâ in parte nulli dubitamus, quin eoſdem ſimus habituri fautores, quos antiquitas nacta eſt amatores, quibus probari labores noſtros, mirum quantum percupimus.

Jam vero *claſsicorum Auctorum* intima, exquiſitaque *perceptio*, ut non magis ad inſtituendam juventutem ſit neceſſaria, quàm antiquitatis ſcientia; tamen uberiores fructus afferre ſolet: quippe cum illa ſit totius humanitatis fons longe omnium copioſiſsimus. Et verò ad illam quò facilior aditus Adoleſcentibus pateret, non omnes veluti uno agmine antiquos Scriptores ipſis objecimus, ſed in quatuor quaſi ordines ac claſſes commodius diviſos produximus. In primo ordine PHAEDRUM, COR. NEPOTEM, PUB. SYRUM, EUTROPIUM, ac COELIUM SYMPOSIUM collocavimus: Scriptores cum fermè caſtigatâ Latinitate, tum maxime ſimplici, ac nativo orationis genere uſos; quos ſi quando durius, aut non ita latinè locutos, deprehendimus; dedimus operam, ne quid inde Auditorum ſtilus detrimenti caperet. Ad alterum verò ordinem plures CICERONIS *Libellos* revocavimus: ex Familiaribus *Selectiores Epiſtolas*, *Queſtiones Tuſculanas*, *Paradoxa*, *Somnium Scipionis*, *de Senectute*, *de Amicitiâ*, *de Officiis*. Ciceroni adjunximus CÆSAREM, ac TERENTIUM: quibus Magiſtris non puritatem modo, ſed ſplendorem, venuſtatem, elegantiam, ac nitorem Adoleſcentes addiſcerent.

In tertium autem ordinem velùti patritios majorum gentium Scriptores legimus, qui grandi, ac vario orationis genere ſtili & majeſtatem, & varietatem juvenes noſtros edocerent. In his cenſuimus M. T. CICERONEM, ex cujus *Delectis Orationibus* divitias ſtili Aſiatici ſibi Auditores accumularent; TITUM LIVIUM grandioris cothurni Hiſto-

ſtoricum ; C. SALLUSTIUM atticâ brevitate inſignem, Q. CURTIUM floridâ dictione amœniſsimum ; CORN. TACITUM acumine orationis,ac gravitate ſeverum. Neque vero in hoc tanquam Senatu doctorum hominum legendo præteritos voluimus PATERCULUM, SUETONIUM, JUSTINUM, FLORUM, ac PLINIUM in Panegyrico: majora enim ſunt illorum merita in Rempublicam litterariam, quàm quibus inter Senatores, ſaltem pediarios, jure locum negaremus. In ultimum tandem ordinem, non ultimos cenſu tamen, Poetas adduximus, qui cum plurimùm ad erudiendam juventutem conferant; tum verò id ita prudenter jucundèque efficiunt; ut perſæpe utile dulci admiſceant. Eorum adeo omnia fermè genera perſecuti ſumus: in Epicis quidem divinum illum VIRGILIUM, in Lyricis HORATIUM, in Elegiacis OVIDIUM, in Satyricis eundem HORATIUM, PERSIUM, ac JUVENALEM, in Comicis TERENTIUM, in Tragicis SENECAM, in Epigrammatariis MARTIALEM. LUCRETIUM autem an poetam, an philoſophum propter puriſsimam dictionem adjecimus. Ne verò in eâ profanorum hominum aſsiduâ conſuetudine juvenum mores periclitarentur; id à nobis cautum eſt, ne illorum ſcripta niſi perpurgata, atque correcta Auditores noſtri contingerent.

Sed,quoniam juventutem noſtram, pro eo ac debuimus, ad omnes partes humanitatis informatam cupiebamus, ab ipſo Latio ad Græciam totius doctrinæ, artiſque parentem perduximus: in qua etſi diutius non licuit commorari; tamen & ibi Linguæ Græcæ rudimenta poſuerunt Adoleſcentes, & nos ea Græcorum hominum ſcripta, quæ faciliorem haberent cognitionem prælegimus: ut AESOPI Fabulas,ut LUCIANI nonnullos Dialogos, ut ISOCRATIS, CHRYSOSTOMI, BASILII Selectas Orationes, ut ANTONINI LIBERALIS Metamorphoſeos, ut HOMERI denique Batra-

trachomyomachiam. Ex quibus vel Latinis, vel Græcis Scriptoribus quem fructum ceperint Auditores, cujusvis sit experiri; nostrum quidem certe non est prædicare.

In *Scriptione* demum omnes diligentiæ nostræ nervos intendimus, ut Auditores normam latinæ exercitationis optimam sequerentur, vitiosam fugerent. Quâ in parte collatis eloquentissimorum Scriptorum calculis illud statuimus, ut Adolescentes ita sese in imitatione antiquorum Auctorum exercerent, ut ab iis ne latum quidem unguem discederent. (c) Quod si Litteratores, nescio quibus ex angulis tenebrisque, ad illam amussim pensa Discipulorum suorum exigerent, nihil causæ unquam esset, cur sordes orationis exteri nostris hominibus exprobrarent, atque objicerent. Sed longam de hac re orationem, quam non inviti aggrederemur, res ipsa non patitur.

Ergo, ut ad propositam orationem revertamur, per omnes *Prolusionum* exercitationes Discipulos conduximus, dum eos in *Fabula*, *Narratione*, *Chria*, *Sententia*, *Thesi*, *Loco communi*, *Ethopeiâ*, *Confirmatione*, *Confutatione*, *Laude*, ac tandem *Vituperatione* commentationibus quotidianis excolebamus. Illi etiam variis orationum generibus scriptitandis propius ad oratoris gloriam in dies singulos contendebant. Quod si quis etiam in hac parte periculum facere volet, eæ orationes hujusmodi erant, *Genethliaca*, *Epithalamium*, *Epinicion*, *Eucharistica*, *Paranymphæa*, *Funebris*. Neque vero illud passi sumus, ut artem variam epistolæ conscribendæ Discipuli ignorarent, (d) cum id temporis ferme una illa palma relicta sit, ad quam obtinendam latinæ

 elo-

(c) In Scriptione eam maxime rationem probavimus, quam P. Juvencius tradidit *lib. I. cap. I. art. II. §§. III. & IV. In Rat. Dis. & Doc* cui proximam tradidit Abbas Pulche *in Spectaculo Naturæ in Litteris de Pueritia instituenda. Tom. XI. Hispanica Interpretationis.*

(d) M. Ant. Muretus *Volum. II. Orationum. Orat. XXI.*

eloquentiæ ſtudioſi poſsint contendere. Atque hæc ſuperiora argumenta ſunt, in quibus ſolutam orationem exercendam curavimus: carminum vero nulla fuit frequentior ratio, quam aſsiduè non ſint Adoleſcentes meditati; qui non modo in ſolutâ illâ Scriptione, ſed in *Heroicis*, *Elegiacis*, *Lyricis*, *Tragicis*, atque *Epigrammatariis* Carminibus promptam, paratamque operam ſuam pollicentur.

Jam verò illud ſpectatoribus noſtris diutius debere non poſſumus, quin dilucide expediamus: qui videlicet ſcriptionis vitia Auditores noſtri fugiant, cum ipſis, & eos Auctores ad imitandum proponamus, qui ſæculo illo *Aureo* Latinitatis non floruerunt; & extemporalis orationis gloriam tantopere á nonnullis celebratam detrahamus. Primum aperte planeque fatemur, nobis, quam nonnulli patrum noſtrorum memoriâ imitationis virtutem eſſe unicam credebant, ſi *Aureos* dumtaxat Scriptores contingerent, eam ingeniorum ſervitutem videri turpiſsimam; non quod illis Scriptoribus primas Linguæ Latinæ partes non tribuamus; ſed quia alios etiam ſecundarum, ac tertiarum partium actores omnino ſibilandos, & explodendos non arbitramur. Quâ in re nihil veremur, ne patrono M. A. (e) Mureto causâ cadamus, qui pretium etiam minime vulgare non

(e) M. Ant. Muretus. *lib. XV. Variar. Lect. cap. I.* De hac re totâ prudentiſsimê pronunciat: cujus veluti judicii ſumma eſt, ut ad eorum Scriptorum normam, qui ætatis aureæ vocantur, orationem ita effingamus, ut adhibito delectu interdum multa de *Livio*, *Seneca*, *Valerio*, *Celſo*, *Quinctiliano*, *Columella*, *utroque Plinio*, *Tacito*, *Suetonio*, *Velleio*, *Q. Curtio*, *Lactantio ſumamus.* Quin etiam nonnulla probat ex *Tertulliano*, *Arnobio*, *Hieronymo*, *Auguſtino*, & aliis hujuſmodi Scriptoribus deſumpta. Quâ in causâ, quod non nemo putavit, minime eâ cautione uſus eſt, ut, ſi quid ſibi non Ciceronianum excidiſſet, ne culpari propterea poſſet: qui unus omnium maxime cum Cicerone loqui amat, quoties ſui imitandi copiam Cicero facit.

non aureis Scriptoribus fecit. Itaque illud secuti sumus, ut in quâ re loquentem Tullium, aut alium è primariis Scriptoribus haberemus, in eâ cum Tullio, aut alio aureæ latinitatis homine loqueremur: quoties verò de re quâpiam principes illi Magistri tacerent, ut citius reliquorum Scriptorum vocibus uteremur, quam ut omnino vel taceremus, vel infinitos verborum ambitus, ac circuitiones adhiberemus.

Deinde quod extemporali oratione Discipulis nostris interdixerimus, adeo vitiosum non arbitramur, ut contra Lucilium priscum Scriptorem idcirco cum (*f*) Horatio vitiosum dicamus, quod

. . . . *In horâ sæpe ducentos*
Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno.

Et vero cum ab Auditoribus ad unguem facta themata exigere deberemus, quid illi rei contrarium magis excogitari poterat, quàm eos præcipites ad orationem ex tempore fundendam agere? (*g*) Quasi verò, quæ id temporis tralatitia, ac vulgaris à nonnullis facta est extemporalis facundiæ gloria, ea vel in eruditis exercitatisque viris non semper rarissima fuerit. Ut ut sit, nos nihil moramur nec multum, nec ex tempore scribere; sed unum illud, recte scribere, studemus. Hæc in edicendis Ludis dicere habuimus, quæ utrum jure, an injuria dixerimus, res ipsa brevi ostendet; cuivis quidem

 cer-

(*f*) Horat. *lib. I. Sat. IV. ex Editione Juvencii.*

(*g*) Videre est eos, qui linguæ latinæ in sermone familiari assueverint, vix, ac ne vix quidem recte loquendi, atque scribendi copiam ac facultatem consequi. Hos acriter castigat Pulche *in litteris de Pueritia instituenda*, paulo ante à nobis adductis.

certe periculum per nos facere licuerit. Quę enim omnia proposuimus, ea profitentur optimi ac clarissimi Adolescentes

Raphael de Perpiñà.
Franciscus Sanpere.
Raymundus de Urien.
Felix Roca.
Franciscus Olivèr.
Christophorus Cerverà.
Balthasar Mestre.

Quæ vero erunt in Ludis nostris non ita recondita, ac difficilia, in iis periculum sese subituros pollicentur

Marianus de Perpiñà.
Raphael Andreu.
Fidelis Periu.
Hieronymus Brach.
Ludovicus Vallè.
Maximus Rovira.
Petrus Fages.

HISPA-

HISPANIA CAPTA.

TRAGOEDIA.

DATA LUDIS

RHETORICIS,

ET POETICIS

IN ACADEMIA CERVARIENSI ACTIS

AB ADOLESCENTIBUS

LINGUÆ LATINÆ, GRÆCÆQUE

STUDIOSIS.

PARATIS

A BARTHOLOMÆO POU,

SOC. JESU SACERDOTE,

UTRIUSQUE LINGUÆ

ACADEMICO PROFESSORE.

PERSONÆ

JUSTITIA DIVINA.

ANGELUS Hiſpaniæ Patronus.

JULIANUS Comes Gothus.

TARIFFUS Imperator Arabum.

FLORINDA Juliani Filia, ſeu *Cava*.

RUDERICUS Hiſpaniæ Rex.

PELAGIUS Comes Cantabriæ.

ARGUMENTUM TRAGOEDIÆ.

Gothi Hispaniensium rerum potiti cum virtutis omnis, tum verò Religionis jura perfregerant. Déus tot, tantisque sceleribus, ac flagitiis vehementer commotus, iræ adversus Gothos multa, nec obscura signa ostenderat. Cum ad coercendam licentiam nihil intentatę minę valuissent, ad pœnas ventum est denique. Res in hunc modum acta. Julianus inter Gothos suos Comes, ut stuprum, Florindę filię à Ruderico Hispaniarum Rege illatum, vindicaret; egit cum Præfectis Arabum, qui id temporis Africę imperabant, ut copias in Hispaniam trajicerent: nihil facilius factu esse, quàm luxu solutam Gothorum potentiam evertere. Placuit Proditoris consilium. Quid multa? tandem Tariffus Arabum Imperator ad Cęsarianum oppidum castra ponit. (*a*). *Rudericus non procul ab hoste ingenti cum exercitu consedit. Pugnatum utrinque acriter: ad extremum cum Oppas Archiepiscopus Toletanus non sine magnâ militum manu ad Arabas defecisset, pulsus Rudericus dum fugit, in Lethęo flumine obmersus est.* (*b*)

Neque vero ignari sumus, quanta sit Criticorum Hispanorum contentio de morte Ruderici, (*c*) *de infamiâ Florindę, deque proditione Juliani. Nostrum non est, inter ipsos tantas componere lites: alii viderint. Nos non desumus officio nostro, dum illustrem, ac primariam Tragœdię Actionem probabilem, veroque similiorem ex Historia petamus.*

Er-

(*a*) Cæsarianum *Xerez de la Frontera.*
(*b*) Guadalete *à nostris dicitur.*
(*c*) Mariana *lib VI. cap. XXI. & cap. XXIII. Quem in hac parte Historiæ credulum, & cum vulgo consentientem accusat* Vir eruditissimus Marchio de Mondejar *in Notis ad lib VI.* Marianæ. *Sed illum Historicum omni exceptione majorem defendit* Josephus Franciscus de Isla, *tom. I. Comp. Histor. Hispanicæ.*

Ergo in hunc modum tota Tragœdię ratio nobis confecta est. Scenam ponimus in villâ quadam non procul ab utrisque castris dissitâ, ad quam tuto se conferant ante pugnam Florinda, Tariffus, Julianus; *post pugnam verò fugientes incidant* Rudericus, *ac* Pelagius. *Actus ita distinximus*: I. *continet* Justitiæ Divinæ *minas adversus Gothos*, *&* *totius summam actionis*. II. *adducit* Angelum Hispaniæ *Patronum pro Gothis*, Justitiam *contra Gothos agentem*. III. *habet* Julianum *apud sese cogitantem de proditionis suę exitu*: Tariffum *cum* Juliano *de proditione Oppę, paulo ante nunciatâ, communicantem*: Florindam *primùm apud Patrem*, *deinde solam sortem suam commiserantem*. IV. *effingit* Rudericum *apud ipsam villam*, *ex quâ jussu* Juliani *paulo ante discesserat* Florinda, *de adversâ fortunâ conquerentem*: Pelagium *eòdem forte incidentem*, *ac* Ruderico *fugam explicantem*. V. *reducit* Angelum *patronum*, *qui narrandâ morte* Ruderici, *&* *Hispanię instantibus malis*, *actionem totam complectitur*.

Ad choros quod attinet, *ita res habet*: I. *canit Dei vindictam eò graviorem*, *quò tardior sit*. II. *Imperiorum*, *maximè Hispanici*, *crebras vicissitudines*. III. *damna luxus Hispanici*. IV. *licentiam Regum nunquam impunitam*. V. *Instantia supra Hispanorum caput Arabicę tyrannidis mala*.

HISPA-



HISPANIA CAPTA.

TRAGOEDIA.

ACTUS I.

JUSTITIA DIVINA.

HIC noſter eſto debitæ pœnæ dies:
Qui me Gothorum cumque vidit crimina
Paſſam, Gothorum cernat ultricem ſimul.
Ruat impetu noſtro, ruat ſceptrum impium,
Ludibrium cui turpe dudum ſolvimus
Intacta mecum caſtitas, rectaque Fides.
Namque ipſa ſummis lapſa Divûm ſedibus
Juſtitia, Cæſariani ad hos me contuli
Agros vicinos, quidquid eſt ſumptum priús,
Sumptura pœnæ denuo. Jam ſentiet
Me vindicem ſcelerata tellus, exulem
Quam ſæpe fecit, dum ſcelus ſolio locat.
Nec, ſi ipſa nitatur ſalus, ſtet Iberia,
Nitente contra hac dexterâ fœtâ mali.
Prius potentes Angelus Tutor preces
Mittat: repreſſus gratiam vincit furor.
Nam mihi laborum quidquid uſquam naſcitur,
Id omne Gotthis jam paratum eſt. Ah parum eſt!
Jam ducit Afer vividas, ac neſcias

C Vin-

Vinci, Tariffus copias. Quas tu dabis
Ruderice poenas! Helena rurfus mollibus
Florinda Gotthis fiet, & raptus pudor
Armabit ultrices manus, quas tibi Gothus
Julianus advocat. Heu Gothorum viribus
Confiffe fruftra, Rex Supremo Numini
Invife! Tumet terga vertes regia:
Hunc protinus fugitivus afpicies locum:
Ne fide turmis, hactenus Victoriæ
Prælufit Afer, funus indicens Tuis.
Jam clafsicum refonat, cruentus Iberiæ
Venit, cruentus marte luctus; molibus
Ceu flumen effractis, ferox graffabitur
Victoris ira, urbefque fternens ac Viros:
Jam pontus Hefperio rubefcet fanguine.
Proh quantus inftat terror! eheu quam effera
Cædes Gothis! Non ære miles durior
Spectet oculis ficcis Arabs; flebit filex.
Vix tanta pofsint Aftra ferre Hifpaniæ
Funera. Recedo, nec manu incenfum meâ
Spectaffe vindex animus audebit rogum.

CHORUS.

Quamvis lenta gradu, fontibus injicit
Aequas Pæna manus: nec meritis parem
Vindictam fugiet Penna Libidinum,
Veloci levior noto.
Nimirum pofuit provida limites
Certos criminibus Numinis æquitas,
Nec poenæ facilis, nec male vulneri
Indulgens, quod alat mora.
Quod fi confilium dulce fefellerit

Turpi fixa luto, nec referat retro
Gens humana pedem; pone Deus manu
Torquet fulmina vindici.
Puras prima Patrum, quæ sceleris plagas
Corrupère novas, crimina, tempore
Post longo assiduis diluit imbribus,
Merso vertice Montium.
Quid sortem memorem gentis Abramidum?
In nervum vitii longa licentia
Tandem evasit: habet spreta diutius
Maius supplicium æquitas.
Et tu dura tamen, flectere vocibus
Mentem, nec monitis rursus iter piis
Rectum prompta sequi, nunc cumulum malis
Addis, tristis Iberia?
Ternis anne parum per vertitum nefas
Incurrisse, putas, impia, sæculis?
Nondum, Gotthe, legis vela Libidini?
Non pœnæ scopulos times?
Ha sero sapies! & geminas polo
Nexas sæpe manus tendere gesties.
Placasses superos, tempus in ultimum
Pacem pollicitos Gothis.

ACTUS II.

ANGELUS HISPANIÆ PATRONUS. JUSTITIA DIVINA.

ANGEL. ERGONE clemens conditor rerum, sedet
Delere gentem funditus, nostræ datam
Fidei? sedetne Afris beatam prodere
Hispaniam, profugosque depelli Gothos?
Perdes paterno pectori dudum tuo
Tam dulce nomen? Causa quæ tantum excitat,

Quæ causa, bellum? Nam quid ægras opprimit
Violenta fauces Bæticæ manus hostium?
Quid peste tetrior hic Tariffus funera
Infanda Iberis parat, & Afro milite
Complens vicinos Lethi agros, in prælium,
Vel potius exitium meorum Civium,
Vocat? Nocentes fac Iberos: quî id negem?
An jure summò contra Iberos egeris,
Pater, nocentes? Quis tuas, te vindice,
Manus, severo, fugerit? vel quæ salus
Reos manebit, si ultor ad vivum scelus
Resceces? Graves pœnas dedisset jam diu
Qui casta David jura contempsit tori;
Graves dedisset perditum cunctis genus
Mortale culpis: patris at clementia
Compressit iram vindicem, & fulmen manûs.
Haud præmium peto perfidis: ha! crimina,
Hispane, novi tua, meis quám seduló
Culpata vocibus: at meis peto civibus
Veniam Gothis. En ego, Pater, jam supplices
Tendo manus, jam parce Iberis, deprecor.
Id, si quid unquam meruimus, nostris dato
Meritis, Pater, quod cuncta vincat munera.
Nostrine Princeps Angelus quondam chori,
Numine probante, sub infimo detruserit
Turmas Averno Persicas, Solymæ lares
Densâ coronâ militum servaverit
Cinctos, clientis factus assertor fui:
Ego otiosam mente virtutem gerens,
Spectem ruinam Civium, & stragem ultimam?
Cæsos Iberos, cæde grassantem Africum?
Sceptro superbos Arabas, ejectos Gothos?
Christi rejecta, inducta Mahometis sacra?

Te,

Te, Christe, rerum certa spes labentium,
Te, Christe, testor, tune cernas imperî
Tantam tui perisse partem, & gentium
Hereditas, tibi parta fuso sanguine,
Mahometis impuri lupanar turpe erit?
Te, Virgo Mater, invoco, tu sedibus
His culta primum, sponte Iberis gentibus
Te fassa matrem, deseres Hispaniam?
Et templa viventi posita tibi deseres?
Adeste Divi, quos Polo pia plurimos
Hesperia misit, ferte opem Patriæ, prece
Vestra Tonantis fulmine ardentes manus
Sistite, vel omnis pœna me, quæso, impetat.

JUSTITIA. ANGELUS PATRONUS HISPANIÆ.

JUSTIT. Ne perge, Custos, prorsus exarsit furor,
Et quanta quanta accepit immensâ manu,
Jaculatur vltor fulmina Hispanis Deus.
Non addet incestis pios, ne offer caput,
Neu Cœlites patrios lacessas. Patria
Divis suis, quos lęsit, inferias dabit.
Abelis instar martyrum sanguis Polo
Deducit iram vindicem: fusum impiâ
Manu cruorem non sinet inultum Deus.
ANGEL. Sanguine foveri martyrum poscit Fides,
Nec magis amicos ulla reddit victima
Superos. *Just.* Cupit quoque martyrum cruor uberes
Fructus. *Angel.* Iberia fertilis misit suos.
JUSTIT. Vix floruit, scelerumque turbo sustulit
Cum flore fructus: squalet infami situ
Effœta recti terra; passim pullulat
Informe crimen. *Ang.* Non nego Hispanos reos;

His



His parce, Virgo, precor. *Juſt*. Preci haud quaquam locus
Supereſt, nec incaſſum fatiga Cælites:
Hic acta, tranſacta omnia: hic pœnæ dies
Dictus. *Ang*. Minatus ſæpe præſentes Deus
Inſtare pœnas, abſtinet clemens manus.
JUSTIT. Clementis artes mitte Judicis: has nimis
Luſit diu Heſperia. An Gothos nunc denique
Diûtini ſceleris piget? num pœnitet?
Quibus ſupremi Numinis, tamquam Patris,
Benignitas quàm ſæpe ſupplicio diem
Traxit? graves quàm ſæpe noſtras reppulit
Blandus querelas? Namque ut, irato Deo,
Fatale preſſerunt Gothi veſtigium
Campis Iberis, quid malorum non tuli
Deſpecta? queiſve dolor pepercit vocibus?
Spargunt Arii virus, & Chriſto impium
Bellum ſceleſti commovent, quem tu invocas
Minus audientem, potius exoſum Gothos.
Dehinc ſancta legum jura deturbant throno.
Proh parca pœnæ Judicis ſummi manus!
Inulta vidi mille ſtipatam toris
Regnantis aulam, perſicas quoque pellices
Juſſu Tyranni matribus vidi æmulas
Hiſpanicis: & moribus caſtis male
Miſiſſe nuntium ordinem vidi Patrum,
Nec cælibes dare Præſules operam ſacris:
Chriſti fides! nec lege fas, dare cælibes,
Prohibet Tyrannus, caſtitas cui eſt odio.
Et jura Pontifici negantem Maximo
Hiſpaniam vidi. Nefas quod denique
Non vidimus? Quid cuique non licuit mali?
Emiſſa tartareis ab antris occupant
Iberiam cędes, adulterium, dolus,
Per-

Perjurium ſtupra, luxus, inceſtum, furor.
Quid perdo tempus? quidve vulnus retrico?
Huc arma miles, arma; ferrea jam ſeges
Ruat: Quid enſis ceſſat? an nondum cruor?
ANGEL. Meliora, quæſo, Virgo, mentem, ſi licet,
Muta. *Juſt.* Haud licet, nec, ſi liceret, mihi libet.
ANGEL. Haud deprecor ſupplicia, pœnis deprecor
Modum; medelam facito, non funus Gothis:
Tu parce regno, Virgo. *Juſt.* Fruſtra fecimus
Gothis medelam, jam medullas occupat
Tabes, putris fundatur è venis cruor.
Diximus: abunde minæ eſt, abunde eſt & precis.
ANGEL. Te miſer Ibere, o quanta tempeſtas manet!
O chara noſtro pectori pignora, Gothi!
Vos, vos Tonantis quantus invadit furor!
Superi, manet ſi quis piis precibus locus,
Haud poſco pacem, digna gentis funera
Expoſco: tandem ruat Iberus, nobili
Dum dexterâ ruat: Africis ne victima
Devota monſtris pereat, hoc ſolatii
Miſeræ Patronus Iberię poſco, Pater.

CHORUS.

Vanus eſt ſplendor fragilis Coronæ,
Regio ſemper capiti minantis:
Vana pernicis fugit inſtar Umbræ,
Gloria Regni.
Priſca tempeſtas docuit, frequenti
Plurimos Regum quatiens ruinâ:
Suſtulit primos Orientis oris
Illa Tyranos:
Suſtulit celſæ Babylonis arces,
Maximi terris monumenta regni;

Su-

Sustulit Persas, pereunte gazâ
Divitis aulę:
Sustulit Medos. Neque firmiores,
Qui impetu primo superavit orbem;
Plurimos liquit solio Tyrannos
Victor Achivus.
Fræna mutantem ha! quoties Tyrannum
Sensit, & pondus gravius recenti
Additum rursus doluit Catenæ
Captus Iberus?
Mercibus Phœnix faciles Iberos
Cepit ignotis, & opes, dolosa
Lucra mentitus, rapuit Paternas
Vector avarus.
Punicus mox & peregrina ponto
Dona mercator pretiosa vexit;
Arma Romanus Libycis iniquus
Invida duxit.
Expulit Gotthus Latias secures,
Pellet & Gotthos Arabum Tyrannus.
Pellet & Lunas Arabum vagantes
Fortior hostis.

ACTUS III.

JULIANUS COMES.

VT multiplex nunc cura nostrum distrahit
Animum! ut gravis sub pectore exurit dolor!
Nunc charitas, nomen, genus pietas sui
Vix compotem mentem opprimunt: miser undique
Laceror: vocavi militem Afrum, & prodidi
Patriam ipse civis nobilis, Gothus, Comes.
Injuriam dum persequor nostram, improbus

Si-

Simul omne concipio nefas: me urget patrem
Ob filiæ turpem notam pietas nimis.
Sequare vindictam, decus qua pulchrius
Redeat prius, non augeatur dedecus
Quid ergo? (restat nempe consilio locus,
Cum se recens ex Africá jam filia
Tulit, nec obses jam minas Arabum timet;
Et diluam labem priorem forsitan)
An perfidus Regi fidem Afro liberem
Datam Tariffo, dirus hostis Patriæ?
Patria vetat, quæ supplices mihi porrigit
Manus, & obtestata quid sibi debeam,
Hoc deprecatur facinus: at jam Patriam
Mitto, pudendam nomini, ac famæ miser
Confirmo labem. Rursus ergo proditor
Fallam Tariffum? Credo fraudem non satis
Unam esse Gottho: quâ tamen fit gratiâ?
Ut serviam rursus Tyranno? scilicet
Nondum tuis satis est abusus, filiam
Da pellicem Regi, adde lenonem Patrem.
Hoccine placet? Quin age, virum te nobilem
Præsta; pudorem redde natæ pristinum;
Aude Tyrannum præ tuis contemnere.
Haud dicar hostis Patriæ, potius Pater
Dicar: sed hostis dicar, ultricis modo
Animum expleam flammæ: id unum juverit;
Haud degener feram labem inultam filię.

TARIFFUS. JULIANUS.

TAR. Juliane salve. *Jul.* Et tu Tariffe. *Tar.* Id temporis
Ignarus extra militum quid feceris
Castra, usquequaque sequor. *Jul.* mihi modo nuntius
Affertur, adventasse natam ex Africa,

Quam sospitem dum cupio cernere, longius
Solito moror. Jam tu impera, si quid velis.
TAR. Mihi misit Oppas transfugam. *Jul.* mirum nisi
faveat tibi Oppas. *Tar.* Ita refert mihi nuntius:
Fervente pugnâ, maximâ cum militum
se parte venturum: partibus sese optimis
Studuisse semper: Velle Gotthi pristinam
Injuriam ulcisci. *Jul.* Favet Victoria.
TAR. Utinam secundet tanta vates optimus
Mahometus omina! pendeo tamen anxius:
Tu fare verò, cuncta credo transfugæ?
Nam militem solitos putem ordiri dolos.
JUL. Vel plura credas, censeo, quàm dixerit:
Hanc ipse præstabo fidem: hostes vicimus.
Age præda te dives manet, te fertile
Auri solum. *Tar.* In prædam potentis dexteræ
Concedat ergo, quidquid undis alluit
Uterque pontus. *Jul.* Nec minatus vertice
Ingens Pyrenęus Polo, obsistet tuis
Umquam Triumphis. Te videbit Gallia
Tarisse, Regem, Hispaniam modo viceris.
TAR. Vici: videbit, signa miles conferat.
Victorię sis particeps mecum volo.
JUL. Ero particeps pugnæ simul, modo filiam
Ex Africâ reducem salutarim prius.
TAR. Jam tempus instat, rumpe confestim moras.

FLORINDA. JULIANUS.

FLOR. Tandem pudendus Arabs recessit: Jam Patrem
Licet salutem. Gaudeo te sospitem
Rursus videre, Pater. *Jul.* Redux mihi filia
Salve. Satin' tu commode? at parce lacrymis,
Nimium diu non nisi gementem vidimus.

FLO-

FLOR. Pater, furentem me, Pater, labes agit:
Heu perditum decus pudoris! *Jul.* Gaudio
Præſens beabit te dies. *Flor.* Mihi gaudium
Conſpectus Heſperiæ negat, famę negat
Conflata labes: nam hic Tyrannus --- *Jul.* Deſine
Jam plura: vindex tibi Tyranni adſum Pater.
FLOR. Vindicta labem haud expiat turpem ſatis.
JUL. Nimis expiet, curante me Regis ſacra:
Regia cadet noſtro pudori victima,
Tu me vide *Flor.* Maculam tamen vix eluet
Sacer Tyranni ſanguis, incendet magis.
Everſa prodet Iberia impurum Gothum
Me prodet infamem. Gravem quæ vindicat
Injuriam flamma, hæc & illuſtrat notam.
JUL. Quin nobiles ultoris illuſtrat manus.
Sed mox fateberis ipſa, nec longa eſt mora
Pugnæ: timorem pelle. Victori obviam
Venies parenti: hic nuntium, Tu filia,
Sperato lætum. *Flor.* Quod Deus faxit Pater.

FLORINDA.

Abiit Pater, ſed cura noſtro è pectore
Non abiit, imo urget magis. Crudelia
Quæ me tulerunt fata, primas ætheris
Auras videntem? Quodve ſidus præfuit
Natalis horæ, ſcorpio mihi ſævius?
Ah ſidus infauſtum! beatæ munera
Vitæ negat; paſsim procellas excitans
Mæroris, ipſam jactat in portu ratem.
Nam in me profecto oſtendit imperium invida
Fortuna totum, nec pepercit viribus.
Primum in pudendâ dum Tyranni regiâ
Ruderici honorem Virgo princeps ambio,

 Fa-

Famamque tutam quæro, nostrum Rex decus
(Suffundit ora pudor) rapit nostrum decus
Impurus, & me pellicem addicit toro.
Quem non ibi incuso furens! in Cælites,
Regem, Parentem quas querelas concita
Fundo? nigrum quàm sæpe votis vindicem
Voco Tænarum, pertæsa sortem pellicis?
Absens Pater mihi nec vocanti defuit,
Natamque lustro è regio pius asserit.
Dehinc Africam, nostri minatus vindicem
Se fore pudoris, repetit, & me una tulit.
Perpessa summum dedecus, vix credidi
Restare quidquam, quod novi afferret mali
Africa. At ibi quos pertuli fastus Ducum
Arabum, quibus me supplices prætendere
Jussit Parens, timidæ instar ancillæ, manus?
Me quantus invasit timor, ne barbarus
Vltor pudoris raperet extinctum decus!
Pretiumque vindictæ novam peteret notam!
Quid vetera conqueror? en redux Hispaniam
Cerno, recentis fertilem segetem mali.
Redeo, Tyrannum scilicet dantem mihi
Visura pœnas, quam fidem dederat Pater.
Nunc video rursus inulta Gotthorum domos,
Et martis anceps aleâ nostrum decus.
At jam Tariffus dat petenti militi
Signum, atque dicto citius Hispanos fugat.
Ah! pectus ægrum triste præsagit malum!
Namque Afer octavum quid expectat diem
Pugnæ? Quid astutus repressit milites?
Rudericus obstat scilicet, nondum immemor
Virtutis Hesperiæ. Ah! Nihil me perditum
Magis, ipse si superet! meo qui sanguine

In-

Incendium restinxerit belli. Placet,
Restinguat, esset muneri præsto mori.
At cura me gravior coquit, ne me toro
Prostituat infamem, & stuprum cumulet stupro.
Superi, gravem prohibete casum, aut si nimis
Invisa Divis vivo, mi jam Tartarus
Imus dehiscat miseræ, & altâ Tartarus
Me nocte condat, Gotthici pellex prius,
Quám cerno vultum Regis impurum, & torum
Captiva tango, sanguis æqué nobilis.
Fac me ominatam male; mihi nunc dextera
Fortuna rideat, & velit jam fletibus
Posuisse finem, vincat Afer. Patriam
Nil tale devincet merentem. Patriæ
Victrix Erinnys ero: mihi, nisi civibus
Miseris, sinistrum fata solamen negant.
Sed patria flammis pereat, hinc illustrior
Nobis redibit fama, natali solo
Potior: rogo uno dedecus nostrum ardeat
Cum Rege, Regno, Civibus, Patriâ, Gothis.
Sic restituta caput, poli inter sidera,
Sublime, condet dignitas, nosterque honor.
Sed ludit ardens regiæ vindictę amor
Infame pectus; ludit heu miseram dolor!
Nunquam redibit castitas, quæ perdidit
Florem semel, non si rigetur adultero
Sanguine. Agedum misera, irritas posthac minas
Jam disce ponere, disce famam spernere.
Æterna mœrentem manet me infamia,
Despecta vitam transigam, & viduos dies.
Famam, genus, fortem, pudoremque rapuit
Unâ Tyrannus labe, spem rapuit simul
Honoris. O me perditam! miseram! omnibus

Divis iniquis, perpeti ortam opprobrio!
Quis me pudendam turpis usquam jam locus
Excipiat? aut quâ fronte Cives viderim,
Cantata passim fabula, & pellex Gothi?
Quin fata saltem digna tentas gloriâ,
Claràque purgas morte vitam sordidam?
Et sua sit Hispanis Lucretia: Pellicem
Nisi te Tyranno iterum reservas Gotthico.

CHORUS.

In pœnas meritas degenerem vocat,
Fractam deliciis luxus Iberiam:
Jam miles rapidos (quis vigor, aut pudor!)
Miles siste pedes. Martia te vocat
In pugnam tuba, jam nulla fugæ salus:
Cædet terga ferox Africus insequens.
Cessit prisca patrum, cessit ad æthera
Virtus nota prius Gentis Ibericæ,
Cessit vultus atrox, durior hostibus
Quàm mors ipsa, pavor. Cessit honor Ducis
Pugnarum timidi. Cessit equis furor,
E vento genitis in celerem fugam.
Intorpet peditum prompta manus prius.
Nil exempla juvant pulcra Numantiæ,
Nil armis patriis perfidus Annibal
Trajectus, cineris victor Iberici,
Fraudatus spoliis divitis oppidi.
Luxus fregit iners martia pectora.
Nescisset proprias dives Iberia
Fossas subter opes, materiam mali!
Nescisset teneris mercibus exteros,
Furatos animum, & divitias soli.
Aurum dum latuit, fortis Iberia:

Au-

Auri vena ſimul ſplenduit, hoſpitis
Oſtentata manu, protinus excidit
Indulgens genio robur Iberiæ.
Auri ſacra ſames intima viſcera
Detexit Patriæ. Ut plenus Hydrops, ſitim
Auxit divitiis Celtiber additis,
Virtutem minuit luxuriâ fluens.

ACTUS IV.

RUDERICUS REX.

HUC tota demum recidit imperii mei
Antiqua majeſtas, & aſtris gloria
Compar, ut ejectus paternis ſedibus
Rex ipſe turpi conſulam vitæ fugâ?
Ubi jam latebo tutus? aut quos angulos
Heſperia Regi ſervet extremos ſuo?
Hoc namque Cæſarianum Arabs, & mœnia
Vicina cepit, nulla nobis hîc ſalus.
Jam cui do tutandum caput? Victi fidem
Regis clientes deſerent, & gratiam
Ab hoſte quærent proditi domini. Simul
Infeſtus hoſti vivo, civi hoſtis ſimul.
Ah! jecit omnem adverſa fortuna aleam,
Et regna nobis ſuſtulit, velut invidens
Tantæ parentum gloriæ, & ſpem ſuſtulit
Totam ſalutis. Nempe credo, periculum
Feciſſe, num de Rege nuper maximo
Me redderet miſerum: profecto reddidit.
Neque ludit ægrum me dolor; nunc ſcilicet
Ipſi triumphant Cælites noſtris malis:
Hoc dulce Divis munus, hoc Divos beat,
Rerum potitos Arabas, ejectos Gothos.

Quàm

Quàm juſtus arbiter expetit pœnam Deus!
Credo, nocentem fecit Heſperiam Gothus,
Licet, hanc Tariffus luſtret impuris ſacris,
Quem ipſum piacula nulla ſolvent impium.
Cur ſtultus incuſo ſecuros Cælites
Rerum? (ſecuros caſus oſtendit meus.)
Me pœnitet feciſſe Divis ſupplicem
Vota prius: an feci, ut Tariffo proderer?
Impurus ut primo impetu me funderet
Arabs? ut unâ regium eriperet decus
Cum luce vitæ, ſeu catenæ addiceret?
Quid potius infelix quear? nam me undique
Fluctus dolorum deprimit, nec liberos
Queſtus relinquit pectori obmerſo malis.
Hinc militum (proh turpis Heſperiæ pudor!)
Virtus, viros mentita, mentem concutit:
Julianus illinc proditor, patriæ lues,
Hoſtiſque multò quàm Tariffus ſævior,
Regis, Parentum, Civium atrox carnifex,
Me territat, ceu emiſſa Erinnys Tartaro.
Quid Salius Oppas? an Sacerdos impius
Martis? ſceleſtus transfuga hanc peſtem meo
Animo creat, leto dolorem proximum.
Heu! quæ ſuperſint jam in caput noſtrum mala?
Aut quis locus maneat relictus vulneri?
Juraſſe præſentem in ruinam & Cęlites,
Et Tartari furias iniquas arbitror:
Nimis ha miſer! juraſſe ſentio milites,
Proceresque Gotthos: Tempora! in Regem Gothum
Jam ſęviunt hoſtes Gothi, ceu dexterâ
Inſtar furentum in viſcera immisâ ſua.
Virtutis immemores paternæ, cum fide
Et robur exuunt ſimul, nam Hiſpaniæ

Mo-

Mores ſecuti, ſanguinem obliti ſuum,
Servire, victores prius, jam Afris amant.
At ſerviant: crudele ſupplicium dabunt.
Aut noſtra perdet proditores dextera,
Ut vivus ulciſcar ſceleſtos transfugas;
Aut jam moleſtâ luce functus, perfidis
Furias movebo Tęnari: te, te meâ,
Juliane, diſcerpam manu: nec te infula,
Oppa, ſacris devota diris proteget.
Heu quid loquor? tamquam ſuperſit dignitas
Intacta Regni, non inanis priſtini
Perſona Regis: pone larvatas minas.
Agedum miſer, certæ ſaluti conſule.
Qui conſulam vero ſaluti? milites
Rurſusne fuſos in catervas inferam
Arabas? redibit fortior, victus prius
Miles, nec Afros morte pejus fugerit?
An marte perculſus remotas occupem
Cum milite arces, dum Tariffi turbidus
Subſidat impetus? aſt ubi, aut quę mœnia
Vvitiza bellorum inſcius non diruit?
Uvitiza dignus, cui procella hęc ſęviat
Belli, nec obruat immetentes poſteros.
Ignarus hęſito, nec ſatis, quò perditum
Me verterim, video: anne ſupplex venero
Hoſti Tariffo? Men' Gothorum ſanguine
Cretum, cadentem viderit turpiſsimus
Arabs ad infames pedes? men' Principem
Vitæ precantem munera, inſtar ſordidi
Servi? Quid? æquo fœdere Heſperiam mihi
Permittet hoſtis? Eóne ventum denique,
Ut jura Gotthis Afer impurus ferat,
Dominiſque prędam dividat latro ſuis?
Id credo regnandi cupido vicerit,

Ut precibus imperium à latrone petam, fidem
Ab hoste Pœno. Tænias agedum cape,
Et supplices vittas: Minervæ frondibus
Ornato palmas: Te Tariffo credito:
Quid immoraris miser? age illuc perfidos
Invise Gotthos: î, juvabit gratiâ
Julianus, & Pręsul Tariffo te dabit
Oppas amicum. Certa te expectat salus.
Atqui peribo certius, nec transfugis
Debebo vitam. Hoc nunc mihi misero malum
Restabat unum, perfidis ludibrio
Venisse Gotthis, osculatum dexteram.
Mortem paciscar millies, modo ne semel
Vultus rebelles viderim: haud sic immemor
Vivo decoris regii: pulchram manu
Invenero mortem. Sed expediet prius
Tentasse cuncta: extrema rerum linea
Mors est. Quid? immaturus occumbam miser?

PELAGIUS COMES. RUDERICUS REX.

PELAG. Pellimur, Iberi, pellimur! Quis, te, malum!
Quis terror egit miles? Hem quò pristina
Virtus abit? nos vincat Afer? *Ruder.* Pelagi?

PELAG. Quis odiosus revocat? *Ruder.* Ergo, Pelagi,
Tibi ego odiosus? *Pelag.* Rector Hesperię meus.

RUDER. Surge, nec honor me, Pelagi, tantus decet.
Quò summa pugnæ vertitur? *Pelag.* Rex charior
Ruderice vitâ. *Ruder.* Nimis amorem pectoris
Sentio tui. Jam Regis amissi decus,
Rex tibi Tariffus erit. *Pelag.* Sinistrum Cœlites,
Prohibete casum: vel fidelis dextera,
(Et Regis obtestor caput) tam perfidum
Avertet omen. Non colam Regem alterum,
Ruderice, posthac: rege te vivam, secus . . . . .

RUD.

RUD. Pergrata nobis tua fides; capiti prope
Lapsam coronam reddis. At quonam loco
Fortuna nobis, fare, quis pugnæ exitus?

PELAG. Ha! quem in caput vertant Tariffi Cœlites!
Victoriam despero, sed nondum salus
Amissa prorsus. *Ruder.* Funditus periit salus,
Nec victus unquam, & salvus una; nec malis
Vivam superstes: desit hostis, non manus
Morti tamen deerit. *Pelag.* Per ipsam te, precor,
Rex, dexteram, parce tibi; seu unà confice
Utrumque plagâ. *Ruder.* Men' catenæ, Pelagi,
Servas? *Pelag.* Coronæ servo: tandem contine
Manus: Quid, indulges furori? ne tua,
Quæso, Tariffo sceptra tradas. *Ruder.* Vivere
Me cogis invitum. Sed hostem quâ viâ
Fallo? Quod infamis fugæ pretium facis?

PEL. Dumtaxat uno pellimur, Rector, loco;
Nec flumen hostes occupant Lethem: licet,
Comitante parvâ militum, te illuc feras,
Manu; moratus ego brevi, dum copias
Metu fugaces congrego, te illò sequar,
Reliquasque turmas afferam. Et sors perfida
Quàm sæpe victis reddidit victoriam,
Et sede dejectos locavit pristinâ?
Quid longa non mutat dies? Non spes alo
Vanas: Iberia capta victorem Africum
Capiet: secundis sæpe rebus barbara
Virtus perit lenita. Arabas altera manet
Capua. *Rud.* Ergo cedendum furori præcipis?
Cedo. Sed unum, Pelagi, te unum precor,
Miserescito sortis regiæ: certus mihi
Protector esto (in te omnis recumbit mea salus)
Mihi tu Imperator, Pelagi, miles, parens,
Deus esto: quod Rex ipse per genus obsecro

 Go-

Gothicum, per afflictam ſalutem Patriæ,
Per jura regni concidentis Iberici,
Per dexteram iſtam, Pelagi, juxta fide,
Ac marte conſtantem, per inſtantem meo
Capiti ruinam, perditum ne, Pelagi,
Me deſeras regem, & repellas Africum.
Regi minantem. Ah! neſcio quid turbida
Mens noſtra præſagit mali. Quid ſi ultimus
Diſceſſus inſtat utrique? Quid ſi ceperit
Me hoſtis ſecutus? Vindicem te, Pelagi,
Noſtræ relinquo mortis, & mihi filium
Te in jura ſceptri ſumo: tu, quæſo, impias
Defende noſtro è corpore extincto manus,
Et me ſepulcro conde: nil funus moror
Me Rege dignum. Pelagi, vale, Pelagi:

PELAGIUS COMES.

Quæ fata me miſerum opprimunt? quis me dolor,
Ruderice, leto gravior obruit? hem mihi
Miſero! quibus ſors me reſervavit malis!
Agedum miſer, rumpe anime fletus, te dato
Victum dolori: nec ſat unquam lacrymis
Æquabis ærumnas Tuis. Quid enim amplius
Reſtet mali? Rudericus Afro ſe objicit
Fugiens. Iberia Regium amittit caput;
Iberia infelix Tariffo ſubdita.
Hàc milites fugiunt, & illac Gotthici,
Impius Arabs paſſim feroces diſtrahit,
Turmas: ſecundoque inſolens nunc prælio
Miles ſequitur, urget, trucidat, conficit.
Ubique luctus, ſanguis, horror, fuga, metus;
Imago mortis plurima Hiſpanis agris.
Quæ reliqua ſpes miſeris manet nobis? Gothus
Concedat Heſperiam Tariffo. Perfidus

Jam gaudeat captis Iberis Proditor.
At æquus ut primum remittat Cœlitum
Furor (per irati Tonantis fulmina
Juro) fluentes Africano sanguine
Rivos Iberia cernet, ulcifcar Gothos,
Nec ulla Iberis funto cum Afris fœdera.

CHORUS.

Eheu potentis dura licentia
Sceptri, folutas in vetitum nefas,
Indocta, compressisse palmas,
Auspiciis Themidos facratas!
Frustra Tonantis fulmina judicis
Regum coronis ante nocentium
Injecta; frustra sæpe tactum
Triste, locus folii, bidental.
Oblita pœnæ, fe comitem tamen
Sceptris Libido perpetuam parat:
Lex prima cunctis, nil libêre,
Quin liceat, cupidis Tyrannis.
Affert ruenti perniciem Gotho
Audax cupido non liciti tori:
Impune vix unquam pudorem
Virgineum rapuit Tyrannus.
Gotthum fugacem nil juvat aureæ
Splendor coronæ, nil procerum cohors,
Mentita fe regi fidelem:
Victima certa cadit pudori.
Assuetus aulæ, Rex populi metum
Regni feverum crediderat fore
Tutorem? amor folus tuetur
Firmior imperium fatelles.

ACTUS V.

ANGELUS TUTOR HISPANIÆ.

QUIS vero erit crudelis exitii modus?
Quisve æstuantis finis iræ numinis
De pectore effusæ? nocentis Iberiæ
Ecquando pœnis terminum statues, Pater?
Ecquando suppliciis meorum Civium
Placatus, irati relinques fulmina
Judicis, & accipies paterni pectoris
Sensus amicos? Jam datum satis hactenus
Iræ; ruinæ etiam profecto jam datum
Nimis. Ah! sceleſtus Arabs potitus Iberiam,
Iræ remisit lora; fortunæ impotens
Rebus ruentibus addit extremum impetum.
Nihil est mali reliquum, quod adversus Gothos
Timeam: omnia ardens sustulit Superûm furor.
Rudericus indignâ modo occubuit nece.
Eheu! Quid unquam, Cœlites, crudelius
Vidi? quid immanius? abhorret barbarum
Animus recordari scelus; lacrymæ vetant.
Vix ille Pelagium reliquit tristior,
Et victus adversæ dedit forti manus;
Diffusa passim cum hostium turma irruit
In Regem Iberum: nihil coronam profuit,
De capite detraxisse; Regem dignitas
Eximia vultûs Africanis prodidit.
Undique fit impetus, exitumque hostes negant.
Quid miser agat Rex? unde subsidium petat?
Quos milites desertus objiciat Gothos?
Quâ se fugâ subducat? aut quas apparet
Vires in instantem Africum? misero via
Nulla patuit Regi salutis: protinus
Ergo cadit animis; deserit vultum color;

Me-

Metus occupat membra gelidus: vix lumina
Oppresa morte vicinâ in Afros sustulit.
Magis, ac magis circumvenit Rudericum Arabs,
Propiorque sectatur magis: ibi, o Cælites!
Moriemur ergo? ait, atque diris hostibus
Cum luce vitæ sceptra linquemus Patrum?
Nam quod ego tantum facinus admisi prius?
Quidve merui tantum, Pater, si quidem Patris
Animum in Gothos servas? at immemores mei
Superos relinquo: heu! quæ satis mi jam infima
Tellus fatiscat perdito? seu Tartarus
Absorbeat miserum, priusquám punicis
Objecta præda leonibus laceror. Mihi
Quid sceptra, quid peritura Regni dignitas
Prodest? Quid aulæ regius splendor meæ?
Quid optimatum affixa lateri olim cohors,
Discriminis nunc immemor nostri; immemor
Autem? imo enim vero Gothorum principes
Me miserum in has angustias redigunt. Mihi
Non hostis Afer, non Tariffi milites;
Sed proditores funus infandum afferunt.
Jam quid moror, non hostibus minus, ac Gothis
Invisus? invisusque Divis, Tartaro
Terris. Quid Afris demoror tradere caput?
Vix illa fatus, calcar addiderat fero,
Et quà patebat via, dedit se flumini
Lethi ferendum, & fluctibus periit miser
Rudericus, antiquæ Gothorum gloriæ
Heres, paterni particeps sceptri, throni,
Regnique. Rudericus Hosti punico
Male proditus, ceu objecta monstris victima.
Nec fata Regem unum tulerunt ultima,
Cunctis Iberis civibus miserabile
Impendet exitium. Impius sacra omnia

Ever-

Evertet Afer: jura, leges, dogmata,
Moresque mutatos Iberia pristinos
Lugebit. O Superi! pudenda clientibus
Illata nostris sacra posthac videro?
O misera Iberia! cui Tyranno proderis!
Iberia, olim dulce nobis gaudium
Nunc dolór acerbus! Cęlitum irę Victima!

CHORUS.

Quid tota supremis Hesperia
Lacrymis, in regnantis acerbo
Funere, parcis? Lacrymas victus
Fundat Iberus.
Sacer ordo Patrum gemitus pectore
Ducat ab imo. Monumenta sacra
Diruet Afer. Lacrymas victus
Fundat Iberus.
Insigne decus patrię, Proceres,
Ducite fletus. Nescit avitos
Afer honores. Lacrymas victus
Fundat Iberus.
Triste pudoris amicę Matres
Tundite pectus. Arabs dissolvet
Fœdera thalami. Lacrymas victus
Fundat Iberus.
Vos querulos ad sidera, Virgines,
Servata pudendo Arabi præda,
Tollite planctus. Lacrymas victus
Fundat Iberus.
Omnis Iberum jam populus miser,
Funus acerbum Patrię faxit.
Regnabit Arabs. Lacrymas victus
Fundat Iberus.

DE RETINENDA ELOQUENTIÆ GLORIA.

ORATIO

AD CERVARIENSES ACADEMICOS.

HABITA

A RAYMUNDO DE URIÈN,

RHETORICES AUDITORE,

LUDIS

RHETORICIS,

ET POETICIS

IN ACADEMIA CERVARIENSI

EX IPSIUS DECRETO ACTIS.

DE RETINENDA ELOQUENTIÆ GLORIA.

ORATIO

AD CERVARIENSES ACADEMICOS.

QUOD nobis diu, multumque in optatis fuerat, Cervarienſes Academici, & quod ipſum ad invidiam Hiſpanici nominis, infamiamque ſtudiorum ſedandam, non nihil fortaſſe pertinebat; id cum ſingulari quadam felicitate noſtra, tum maxime veſtro munere, nobis datum, atque oblatum fuiſſe in hac Ludorum commiſsione, vehementiſsime gaudemus. (*a*) Inveteravit enim jam opinio popularibus noſtris indigna, atque infamis, quæ non modo apud exteras nationes, jam pridem civibus noſtris iniquas, ſed in ipsâmet Hiſpaniâ eruditorum hominum ſermone, litteriſque percrebruit; Eloquentiam inter Hiſpanos, vel jam penitus conſenuiſſe, vel omnino etiam ſpiraſſe. Quam quidem offenſionem, atque invidiam nonnulli Hiſpani homines cum extinguere pro charitate erga cives ſuos deberent; eam ſcriptis, litteriſque ſuis maxime inflammarunt. Illi enim cum poſſent multorum civium ſummam latinæ linguæ facultatem, præſtantiſsimam dicendi copiam, florentiſsimum doctrinæ, atque humanitatis ſtudium ſummis, veriſsimiſque laudibus efferre; atque ita cæteros ad com-

(*a*) *Benedictus Feyjous*, de Doctrinâ politiori apud Hiſpanos Criticus optime meritus, non vere minus, quàm copiose diſertèque Hiſpaniæ gloriam ab externorum hominum criminationibus aſſerit. *Diſſert. XXIII. & XXIV. tom. IV.* Theat. Crit.

communionem gloriæ excitare:maluerunt corruptam potius latinitatem, deploratam eloquentiam, regnantem ubique barbariem diris, ac maledictis omnibus insectari: quo aliud assecuti sunt nihil, nisi ut odium & sui, & maledicentis facundiæ apud cives suos commoverent.

Nobis autem in hac offensione studiorum Hispaniensium illud percommode cecidisse videtur, ut ad Ludos, qui unius humanitatis proprii essent, vos spectandi causâ conveniretis, Academici Cervarienses: quibus sane facile possemus, de florentissimâ dicendi gloriâ sine fuco, ac fallaciis gratulari; atque omnibus ostendere, artem illam eloquentiæ pulcherrimam in Cervariensi Academiâ firmissimum sibi domicilium, sedemque constituisse. Ad quam ego causam libentissimè accederem, nisi & me ingenii tenuitas, & conscientia infantiæ meę retardaret. Vos, quęso, mihi eam veniam pro meâ erga vos observantiâ date, ut, etiamsi dicendi facultate caream, dicendi tamen summam in vobis facultatem oratione mea demonstrem. Itaque nunc, ut cum maxime, apud Cervarienses Academicos vigentem Eloquentiam docebo; cujus illi pręclarissimam hæreditatem a majoribus nostris, in dicendi arte pręstantissimis Viris, acceperunt. Quo profecto fiet, ut satis Hispanorum hominum querelis, satis exterorum criminationibus, (*b*) satis denique vestris laudibus faciamus, Cervarienses Academici.

Atque ego quidem, qui nostri sæpe Gymnasii splendorem, ac præstantiam non animo tantum, sed ipsis etiam oculis contemplari jucundissime soleo; vix mihi persuadere possum, hac nostrâ tempestate inventos esse nonnullos, qui amœ-

(*b*) In iis, qui barbarici maculam nostratibus affingunt, numerandus *Joan. Barc.* qui negat in *Icon. Animo. cap. VII.* deditos Hispanos amœnioribus studiis: numerandi alii, quorum meminit *Nicol. Ant.* in *Præfat. tom. I. Bibliot. Hispanæ.*

amœniores litteras Hispanis injucundas, & ignotas conquererentur. Quæ enim majora florentis eloquentiæ argumenta, quæ certiora indicia, quæ illustriora usquam gentium monumenta inveniri possunt, quàm quę in Cervariensi Academia, vel ad præsentium admirationem, vel ad posterorum venerationem sunt omnium in oculis exposita, atque defixa? Nusquam enim alibi magis Professores dicendi gloria insignes; nusquam clarioribus eloquentiæ ornamentis scripta conspicua; nusquam honor litteris humanioribus habitus præstantior. Hujus rei Vos mihi testes optimi estis, Academici; quorum laudibus si quid detraho, nolite, quæso, iniquo animo pati: major est enim splendor, major dignitas, major præstantia, major denique vestra gloria, quam ut posit ab eloquentissimo quoque ullis verbis indicari, nedum ut à nobis in hac dicendi facultate tironibus explicetur.

Ergo ipse non tam Professorum tuorum laudes oratione mea effero, quàm admiror: quàm nitida, ac pura commentaria Auditoribus suis tradunt Professores Academici! quàm in illis omnia, auream dicendi suavitatem sapiunt! quàm latinè, quàm diserte, quàm eleganter, quàm copiosè, quàm demum prudenter, accomodatèque dicuntur! Illa vero ornamenta doctrinæ, atque eruditionis, sine quibus solida, ac genuina eloquentia minime constare potest, quanta, quamque exquisita cernere in Tuis Professoribus licet! Multa in hac parte dicerem, nisi me tempus revocaret; unum illud dico, Cervariensium Professorum gravissimo Collegio non satis dignos haberi eos, qui totius antiquitatis notitiam, historiæ cognitionem, linguarum maxime eruditarum usum, ac facultatem non habeant. Atque hęc veluti domestica Cervariensis Academiæ disciplina est; quæ à vobis munitissima, & constantissima servatur, Academici Doctores.

Jam

Jam quid de monumentis, atque scriptis dicam, quæ Cervarienses Academici juris publici fecerunt? quibus si quid hac nostra tempestate, quæ veluti eloquentiæ restitutæ alterum est sæculum aureum, non dicam præstantius, sed proximum, editum usquam gentium fuerit; (c) fatebor, reclamante quamvis veritate, barbaros esse Cervarienses Academicos. Memoriâ credo tenetis, quo plausu, quâ acclamatione Respublica Litteraria labores vestros acceperit: merito id quidem Academici: nihil enim à vobis est editum in vulgus quod non egregium, non singulare, non præstantissimum, atque divinum foret. Quam inter Sapientes famam Academiæ pepererunt illa juris vulgata commentaria? quis apud exteras nationes paulo fuit eruditior, qui summis laudibus illa non prosequeretur? quæ demum lucubrationes hac nostra tempestate acceptiores, gratioresque editæ fuerunt?

Quid de iis scriptis Philosophicis dicam, quæ summis laudibus Critici Trivultini, in censendis scriptoribus judices integerrimi, non ita multis ante annis extulerunt? Quid denique feram satis dignum summâ eâ gloriâ, quam sapientum præconiis, ac judicio consecutæ sunt illæ orationes, quas Tui Professores divulgarint? in omnium manibus sunt; omnium sermone celebrantur; omnium calculis ipsarum Auctores, & doctrinæ copiâ eruditissimi, & ingenii acumine acerrimi, & judicii gravitate prudentissimi, & sermonis facultate latinissimi, atque eloquentissimi judicantur. Paucis ego verbis hoc conabor amplecti, Academia, quod ne plurimis quidem diceretur: eam gloriam Professores Tui scriptis suis compararunt, quæ Te unâ digna esset; cæteris vel Academiis, vel hominibus infinitis partibus superior.

Sed

(c) Bene multos Auctores adducerem, nisi vererer, ne gravis eorum modestiæ Oratio nostra futura esset: quamquam ii notiores sunt, quàm ut nomenclatorem desiderent.

Sed omiſsis externorum hominum teſtimoniis, ad Te oculos convertam, Academia; quam aſpicere non poſſum, quin florentiſsimæ eloquentiæ ſigna omnia conſpiciam. Tu honore maximo eos afficis Academicos, qui ſint dicendi laude inſignes. Tu in aſsiduis Exercitationibus Tuorum rationem ſummam eloquentiæ habes. Tu, ne quæ documenta ſtudii erga humaniores litteras ardentiſsimi deſiderarentur, Candidatis honorum tuorum, prius per reliquas Diſciplinas excultis, habes eloquentiæ Profeſſorem nominatim conſtitutum. Et tamen nonnulli erunt, qui ſplendorem eloquentiſsimæ Academiæ obſcurare conentur? qui nos Hiſpanos per ora hominum veluti barbaros traducant? qui nos ad omnem ſenſum humanitatis, ac politioris doctrinæ hebetes appellent? qui ad ſuaviſsimos eloquentiæ concentus ſurdos exiſtiment? Invidos, & iniquos Cenſores, ſi cum tuam eloquentiam noverint, Cerv. Academia, ita de Hiſpanis judicant! hoſpites & peregrinos in Republicâ Litterariâ, ſi illam, oculis ſeſe omnium offerentem, non noverint!

At enim Tecum, Acad. natum, & adultum eſt humanitatis, atque amœnioris Doctrinæ ſtudium. Imo vero ampliſsimam à majoribus noſtris eloquentiæ poſſeſsionem, atque maximas orationis divitias accepiſtis, Academici Cervarienſes. Vos, quæſo, attenté communes Patriæ laudes, quod adhuc feciſtis, audite: quæ cum à me veriſsimæ proferentur, vobis erunt ſcilicet gratiſsimæ. Et verò quoties priſca illa Hiſpanorum ingenia; quoties ſcripta decoris, gratię, ſplendoris, gravitatiſque pleniſsima; quoties verſatam apud Gręcos, Latinoſque (*d*) homines de Hiſpania no-

(*d*) *Strabo lib.* 3. *Geographia* de Turdetanis ita loquitur: Hi inter Hiſpaniæ populos ſapientiâ putantur excellere, & litterarum ſtudiis utuntur, & memorandæ vetuſtatis volumina habent: cæteri etiam Hiſpani uſum habent litterarum. Similia *Latinus Pacatus* in Paneg. ad Theodoſ. Aug. habet: *hæc* (Hiſpania) facundiſsimos oratores, hæc clariſsimos vates parit. Qui velit plura antiquorum teſtimonia, adeat laudatum *Nic. Ant.*

nostra opinionem, animo, ac cogitatione complector: prorsus mihi persuadeo, unam esse hanc provinciam, quę maxime ad procreandos, alendosque eloquentes viros & soli naturâ, & cœli temperie pertineat. Nam in qua provincia, quę serò litteratorum hominum commercium olim acceperit, aut plures, aut pręstantiores viros in omni doctrinæ, humanitatis, ac sapientię genere invenias? Quid enim Quinctilianum summum dicendi Professorem! Quid Porcium Latronem perfectissimum Oratorem? Quid Martialem festivissimum Poetam? Quid Lucanum & magna, & rotundo ore sonantem, commemorem? Quos omnes in Hispania natos Roma & civitate, & gratia, & honore, & fama singulari donandos existimavit.

At numquam tumorem, & insolentiam orationis illi exuerunt. Quis (e) vero criticis hoc dederit externis, ut sermonis majestatem, tumorem Hispanorum esse decernant? Sed ego non aggrediar sępe actam, atque exagitatam hanc causam rursus agere. Fuerint nostris hominibus sua vitia; esto: an externum unum aliquem scriptorem mihi Censores istiusmodi afferent omni ex parte beatissimum? Ita enim comparata ratio est ingenii, doctrinæque humanæ, ut & nihil omnino vitio careat, & quod aliis laudandum videtur, aliis magnopere reprehendatur. Quis Græcorum Poetarum possit cum Homero conferri, cui (f) divi-

(e) Nihil verebor prævaricatoris vitium, si, dum obtrectatores Hispanorum accuso, vitia Hispanorum simpliciter confitear. Ego enim non dubito, qui linguâ latinâ aures subactas habeat, quin cum *Tullio Orat. pro Arc. Poeta* in Scriptoribus Hispanis pingue quiddam, ac peregrinum inveniat: fateor sublimes sententias nostrorum, sed video eas plerumque & nimis intortas, & sine latinorum hominum candore, ac simplicitate. Videndus *Muretus* in Præfatione ad *Catullum*.

(f) *Ælianus lib. XIII. Variar. cap. XXII.* Auctor est apud plures Civitates Ægypti, Asiæ, Græciæque pro Deo habitum fuisse Homerum.

vinos honores, perinde ac si homine major esset, antiquitas largita est? at Horatio visus nonnumquam dormitare, Tullio (g) humana vitia indecorè ad Deos transferre, (h) Peraultio contra decorum persæpe peccare. Quis apud eosdem Græcos uno Demosthene præstantior, qui omnium ornamenta oratorum complexus est? (i) at, si Senecæ (k) credimus, riget ejus oratio, nihil in ea placidum, nihil lene reperietur.

Quis magis, quàm Tullius, extra omnem (l) ingenii; & eloquentiæ aleam positus unquam esse debuit? at Asinius Gallus Ciceronis verba singula insectatus est: at Brutus fractum illum, (m) & elumbem vocavit: at (n) Erasmus solœcismi reum totius latinitatis magistrum fecit. Quid ergo mirabimur, vel re ipsâ Scriptores antiquæ Hispaniæ nonnumquam peccasse, vel severiores æquo accusatores, cum innocentes essent, habuisse? magis equidem illud ego mirarer, si criticis nostri homines eximii fuissent, quos nulla ex parte castigandos arbitrarentur. Rhetor egregius Fabius Quinctilianus; omnes fatentur: at politus usque ad fastidium, & orationis curaturâ exilis, atque jejunus; hoc humanum est, hæc severitas Censorum, quæ omnes notandos opinatur. Divinum Lucani ingenium,

 ple-

(g) *Tusc. Quæst. lib. I.* Humana vitia ad Deos transtulit: (*Homerus*) mallem divina ad nos.

(h) *Parrault Paral Antiquorum, & Juniorum.*

(i) *Cic in Orat.* Nihil Lysiæ subtilitate cedit, (*Demosthenes*) nihil argutiis, & acumine Hyperidi, nihil lenitate Aeschini, & splendore verborum.

(k) *Seneca Controvers.*

(l) *Plinius lib. I.*

(m) *Quinctili.* vel quisquis Auctor *Dial. de Orator.*

(n) *Erasmus*, & *Valla* barbare loquutum Tullium dicunt; *Diutius commorans Athenis, erat animus ad te scribere.* Et *Cum in animo haberem navigandi.*

plena majestatis oratio; scilicet nemo negaverit: sed ampullas excitat, & sesquipadalia verba projicit; agnosco vestigia censuræ memini parcentis. Quid multa? vel eo ipso nomine mihi præclari Scriptores Hispani videntur, quod tanto studio in iis vitia requirantur; quæ neque ita oderit antiquitas; neque ita facile iniquis Censoribus appareant.

Sed ego paucos è multis, ne dicam infinitis scriptoribus nostris, profero: qui si quid in scriptis suis minus accuratum, aut paulo magis vitiosum habuerint, non eorum ingenio, sed tempori tribuendum existimo. Age vero ubi rursus ab Arabum tyrannide sese in libertatem vindicavit nostratum eloquentia; quot, quales, quantosque Scriptores protulit Hispania? (o) Quis Ludovicum Vivem, Antonium Nebrissam, Sanctium Brocensem nesciat, qui viam sibi, ac posteris tutissimam ad eloquentiam munierunt? At credo obscurum est nomen Alvari, Perpiniani, Granatensis, Gasparis Sanctii, Cani, Lacerdę, aliorumque plurimorum: qui nati, educati, instituti in Hispania sui nominis gloriam Eloquentissimis Scriptis in omnes provincias propagarunt?

Jam quid loquar linguarum eruditarum cognitionem? Ubi magis ipsarum studium sæculis superioribus floruit? non dicam plures, ante restitutam politiorem litteraturam, in (p) Hispania Hebraicè scripsisse, non dicam Compluti cu-

(o) Non video, cur *Nicolaus Ant. Præf. Biblioth. Hispan.* concedat superiores exteras nationes numero eorum Scriptorum, qui humaniorem doctrinam excoluerint; cum ipse tam multos afferat hujus generis Scriptores, quàm multos ægre protulerint externi.

(p) Quo tempore Arabes Hispanis imperabant, fuere apud nos plurimi, qui Hebraice scripserunt; ex quibus ferme manavit Hebraici sermonis cognitio, quæ hodiedum habetur: ut *David, & Moses Kimkii. Moses Gerundensis; Jacobus Brandeschi: alii.*

curis Sapientiſsimi Ximenii Biblia Polyglotta edita fuiſſe: non dicam Ariam Montanum Biblia Regia curaſſe: unum illud dicam, ſæculo proximè ſuperiore provenisse in Hiſpania ingentem Theologorum numerum: (q) qui non otiosè declamarint; ſed qui commentaria ſcripſerint non modo rerum gravitate, ſed linguarum uſu, ſed orationis nitore, ſed ornamentis ſtili maxime conſpicua. Ergo hujuſce patrimonii doctrinę, atque eloquentię te ex aſſe hæredem inſtituit, Cervar. Academia, ille maximus Tuus Conditor, ille Auctor, ille inquam *Borbonius* Philippus V. Hiſpaniarum quidem Rex Potentiſsimus, atque ampliſsimus; Tuus vero Patronus amantiſsimus: qui cum non nihil ſolutam Hiſpanorum virtutem, atque doctrinam offendiſſet; ad Te unam oculos conjecit, Te unam elegit, Te unam maxime fovit, ut non tam reſtitutores, atque tutores Hiſpanicæ gloriæ, quàm amplificatores Academicos Tuos efficeret. Cui Conditori Tuo, niſi è vivis deceſsiſſet, gratulandum profecto eſſet de amplitudine Tuâ, atque præſtantiſsimâ eloquentiâ, quam unam ille votis omnibus ſecutus eſt, dum Cervarienſem conderet Academiam. Nunc verò optimo Hiſpaniarum Principi, ſtudiorumque amantiſsimo Ferdinando VI. & maximæ à te agendæ ſunt gratiæ, Cervarienſis Academia, quod in paternum erga te amorem Philippi V. Regis ſucceſſerit; & ab Hiſpanis omnibus ampliſsima eidem Principi gratulatio facienda, quod ab Academiâ Cervarienſi maximum paternæ curæ, conſiliique fructum percipiat. Tu vero, Cervarienſis Academia, quæ optimo jure tantam, tamque præclaram doctrinæ, humanitatis, eruditionis, atque eloquentiæ poſſeſsionem adie-

(q) *Paulus Colomeſius* edidit an. M.DCC.XXX.opus: *Italia, & Hiſpania Orientalis*. ubi quam plurimos profert Hiſpanos Hebraicè, Græcè, Syriacè, Arabicè doctos.

adieris; quæ nomen, famam, gloriamque communis Patriæ ſuſtinueris; quæ externorum, & domeſticorum hominum calumnias, atque maculas Hiſpanorum nomini offuſas ſplendore Tuo expuleris: quamdiu eris, memineris, credo, quibus artibus ſummum amplitudinis gloriæque gradum adepta fueris: memineris propter ſtudium Eloquentiæ ſummum honoris culmen conſcendiſſe; in quo, ſi periculum foret, ne deficeres, Te, Academia, hortarer, ut quam accepiſti à majoribus dicendi gloriam, poſteris Tuis amplificatam relinqueres.

DIXI.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΗΝ

ΕΛΛΗΝΙΚΗΝ ΓΛΩΤΤΑΝ ΜΑΝΘΑΝΕΙΝ

ΛΟΓΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΚΑΔΗΜΑΙΚΟΥΣ

ΤΟΥΣ ΚΕΡΒΑΡΙΚΟΥΣ.

DE LINGUA

GRÆCA PERDISCENDA

ORATIO

AD ACADEMICOS CERVARIENSES.

HABITA

A RAPHAËLE DE PERPIÑA

RHETORICES AUDITORE

LUDIS

RHETORICIS, ET POETICIS

IN ACADEMIA CERVARIENSI

EX IPSIUS DECRETO ACTIS.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΗΝ

ΕΛΛΗΝΙΚΗΝ ΓΛΩΤΤΑΝ ΜΑΝΘΑΝΕΙΝ

ΛΟΓΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΚΑΔΗΜΑΙΚΟΥΣ

ΤΟΥΣ ΚΕΡΒΑΡΙΚΟΥΣ.

DE LINGUA GRÆCA PERDISCENDA

ORATIO

AD ACADEMICOS CERVARIENSES.

Πολλῶν μὲν, καὶ μεγίστων ὄντων, ὦ Ἄνδρες Ἀκαδημαϊκοὶ, ἀνθρώποις παρὰ φύσεως κεχαρισμένων δώρων τε καὶ χρειῶν· οὐ κρεῖττον οὐδὲν νομισαίμην, καὶ χρησιμώτερον τῆς πρὸς τὸ λαλεῖν δυνάμεως, τῆς ἐν ἡμῖν ὑπαρχούσης. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν, τῶν ἐν τῷ βίῳ

δὴ

Etsi multa sint, & maxima munera, atque commoda, quæ natura hominibus benignissimè largita est; in illis tamen nullum, neque præstantius, neque utilius existimârim, quàm, quâ utimur, dicendi, loquendique facultatem. Per hanc

H enim

enim ita nobis licet, bonis omnibus, quæ in hominum vitâ plurima sunt, perfrui; ut unà cum illâ omnibus carere vitæ muneribus cogeremur. Neque vero solum per hanc sermonis facultatem ea nobis natura concessit, quę ad victum essent necessaria; sed illa etiam, quæ ad comparandam, excolendamque rerum cognitionem pertinerent. (a)

Quare quis linguam eam jure optimo non admiretur atque suspiciat, Cervarienses Academici, quæ una non modo aptior, atque utilior ad institutionem, atque doctrinam reliquis omnibus est, sed venustate verborum multo maxime antecellit? Quam qui-

δὴ πλείςων, ἐςιν ἀπολάυειν διὰ ταύτης, ἧς ἀποςερόμενοι, ϗ τέτων ἀκολέθως ἁπάντων ἀποςερηθησόμεθα. Οὐ μόνον ᾗ μετέδωκεν ἡ Φύσις ἡμῖν διὰ τ̃ ἐξεσίας τ̃ Φωνῆς τὰ πρὸς τ̃ βίον δεόμενα, ἀλλὰ ϗ μάλιςα τὰ πρὸς τὴν γνῶσιν συμΦέροντα

Διόπερ θαυμάζειν εἰκὸς, ὦ Α᾽καδημάικοὶ Κερβαρικοὶ, ϗ ἀγᾶσϑ ἐκείνην γλῶτταν, τὴν πρὸ τ̃ ἄλλων ἴσαν τῷ τε διαΦέροντι, ϗ τῷ ὠΦελίμῳ πρὸς τὴν παιδείαν, ϗ τὸν

(a) *Ita apud* M.Tull. *lib.I. de Oratore loquitur Crassus: Hoc enim uno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus.*

τὸν τῶν ῥημάτων κόσμον. Ταύτην δ' εἶναι τὴν Ἑλληνικὴν διεξελθεῖν ἐν βραχίστοις πειράσομαι· οὐδ' ὑμῖν ἄχαρις ἔσται ἀκούειν λόγος περὶ τούτου, ἀφ' οὗ μέγιστά ἐστιν πρὸς τὰς παιδεύσεις ἀγαθά. Πόθεν οὖν ποτε τὴν ἀξίωσιν ὑπὲρ ἁπάντων, καὶ χρείαν τῆς γλώττης τῆς ἑλληνικῆς τεκμαίρομαι; Πρῶτον καὶ μὲν δυναίμην ἂν πολλὰ διηγήσασθαι, τὴν μὲν ἀρχαιότητα, καθ' ἣν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ τὸ κάλλος, καὶ τ' ἀγαθὸν συμμετρεῖν. Ἀλλὰ μὴ λεπτολογεῖν

quidem linguam esse græcanicam, brevibus ostendere conabor. Vobis verò injucunda hæc minimè oratio accidere poterit, quæ tota in eâ re versetur, ex quâ in omnes Disciplinas maxima commoda promanarunt. Unde autem summa omnium præstantia, ac commoditas Linguæ Græcæ colligi potest? Primum quidem possem in hac parte plura differere; maxime vero omnium

I

illius antiquitatem, (*a*) ad quam solent multi rerum dignitatem, ac pulchritudinem exigere. Sed ne cum Græcis videar ineptire de ipsorum vetustate; hæc volens prætermitto: quamquam illud constat, plerosque antiquorum

in

(a) Isocrates *in Panegy. Athenienses, totius Graciæ celeberrimos, vocat* αὐτόχθονας, *id est ex ipsamet patria ab initio natos. Huic consentit* Tull. *Orat. pro Flacco, in quâ de Atheniensium Civitate scribit : Quę vetustate eâ est, ut ipsa ex sese suos Cives genuisse dicatur.*

in rebus Sacris ac Liturgiis Græcè locutos fuisse. Namque id ipsum & de Brachmanis, qui sunt habiti Indorum (*a*) sapientissimi; & de Druydibus, (*b*) quorum est apud Gallos vel notissima, vel antiquissima doctrina; & de multis aliis memoriæ proditum est. Hæc vero ad rem nostram parum faciunt.

Jam quoniam Græci maximam sapientissimorum hominum copiam habuerunt, compertissimum omnibus esse arbitror, ipsorum sermonem maximum ad disciplinas afferre momentum.

γεῖν σὺν Ἕλλησιν περὶ ἑαυτῶν ἀρχαιότητος δοξαίμην, τοῦτο ἑκὼν παραλείπω. Δῆλον δὲ μέντοι τοὺς τῶν πάλαι ἐθνῶν πολλοὺς ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἱεροῖς, καὶ λειτουργίαις χρήσασθαι λόγῳ τῷ ἑλληνικῷ· ὥσπερ καὶ περὶ τῶν Βραχμάνων οἳ παρὰ τοῖς ἰνδικοῖς εἰσὶν σοφώτατοι ἐγράφθη· καὶ περὶ τῶν Δρυυδῶν τῶν ἐν τοῖς κέλταις, ὧν ἐστὶν ὑπερθρυλλητὸς ἡ σοφία, καὶ μάλιστα παλαιά· καὶ περὶ τῶν ἄλλων πολλῶν. Ταῦτα δὲ μικρὸν πρὸς τὰ πράγματα.

O-

Qua-

(*a*) *Exemplo fuerint* Calanus *ille celeberrimus*, & Phraortes *Indorum Rex, quos græcè scisse constat.*

(*b*) Cæsar *auctor est de Druydibus de Bello Gal. lib. VI: quo in loco suspecta Criticis est vox* Græcis: *sed non satis causæ esse video, cur quidquam mutetur: quando & ipse* Cæsar *lib. I. de Helvetiis vicinis, græcè doctos fuisse affirmat.*

Οὕταν δὲ τοσοῦτον ὑπερβεβλήκασιν οἱ Ἕλληνες τῇ σοφῶν εὐπορίᾳ, μάλιστα πᾶσιν ἔσεσθαι ἐν τῷ φανερῷ νομίζω, τὴν πρὸς τὰς τέχνας χρείαν ἐν ἑαυτῶν γλώττῃ οὖσαν. Τοιγαροῦν ἀφ' Ἑλλήνων, φημι, δεῖν τὰς τέχνας ἀναζητεῖν, καὶ τοῦτο δι' ἑλληνικοῦ λόγου, οὐ δι' ἄλλου. Πόθεν γὰρ, εἰπὲ μοι, πόθεν ζητέον τὰ μαθήματα; ἐξ οὗ δῆλον

καὶ

(a)Quapropter à Græcis petendas esse artes dico, atque ita petendas, ut græcam, neque aliam omnino, linguam ad illas adhibeamus. Undenam, quæso, putabimus disciplinas esse quærendas? Inde scilicet, unde ad omnes alios constet, ab initio promanasse: quas universos fere à Græcis accepisse, plura, ac manifestiora argumenta habemus, quàm ut locum dubio relinquamus. Et verò cum multa quidem, quæ ad fabulas spectant,

præ-

(a) *In omnibus Disciplinis vel Divinis vel humanis non modo numero, sed etiam pretio, ac dignitate Scriptorum facile cæteros omnes Græci superarunt. ut verissime Plato in Timæo, & in Menexeno dixerit, Terram Atticam esse ingeniorum fertilitati præcipuè accomodam. Hujus rei causam* Panætius *ex aëris natura petit,* Longinus *ex soli conditione,* Origines *ex cælestibus aspectibus, vique ex astris demissa.* M. Tullius *de Nat. Deor. lib. II. in eandem sententiam loquitur: Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aër sit purus, ac tenuis, quam eorum, qui utantur crasso cælo, & concreto. Hæc late persequitur* Cæl. Rhæd. *Lect. Ant. lib. X, cap. XX.*

prætermittamus, ne Poetis videamur occinere, ea dumtaxat dicemus, quibus nec aliud quidquam præstantius, nec verius queat afferi.

Atque equidem solertissimus in his rebus cognoscendis Cicero,(a) sæpe hoc fassus est. Athenas enim planè doctrinarum omnium inventrices appellat:

καὶ ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς συνέβη ἐς τοὺς ἄλλους ἐκβλύειν. Τὸ δὲ πάντας εἰληφέναι τὰ παιδεύματα ὑφ' Ἑλλήνων, ἀποδείξεις ἔχομεν ἐναργεῖς, καὶ φανεράς. Πολλὰ νῦν τῶν εἰς μύθους ἀνηνεγμένων λόγων παραλιπὼν, μὴ τοῖς ποιηταῖς δοξαίμην συνᾴδειν· ἅτε τῇ μὲν ἀξίᾳ καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἀήττητά ἐστιν, ταῦτα ἤδη λέξω. Καὶ γὰρ ἐπιγινώσκειν ταῦτα δεινὸς

(b) huic antiquorum plerique omnes suis testimoniis suffragantur; quæ ego in orationem meam inducenda non arbitror.

(a) Mar. Tul. *Romanæ gloriæ paulo cupidior, quàm quantum veritas pateretur, etsi cum sæpe aliàs, tum maxime Tusculanar. quæst. lib. I. Græcos Romanis posthabeat; tamen reclamante veritate Græciam non raro ipsam ex suis, id est maximis virtutibus exornat. Lib. I. de Orat. Atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas &c. Orat pro Flacco. Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ.*

(b) Corn. Nepos *in Attici Vita, &* Justinus *tum lib. II. tum IV. omnino omnem humanitatem à Græcis ortam fatentur. Nos vero cum Clemente Alexandrino potius credimus, Græcos scientias quidem in summam perfectionem adduxisse; ipsas tamen ab* Ægypticis, Chaldæis, Phœnicibus *accepisse.*

δεινὸς ὤν, ὁ Κικέρων. τοῦτο πολλάκις ἐξομολογεῖται· τὰς γὰρ Ἀθήνας, λέγει ἁπλῶς τῶν ἁπάντων παιδευμάτων εἶναι εὑρετίδας. Ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτῷ συνεῖπον οἱ τῶν παλαιῶν πολλοί, ὧν καταχρῆ τὰ μαρτύρια εἰς τὸν λόγον εἰσενεγκεῖν. Ταῦτα μὲν ἴσως ἀπόχρη πρὸς τὸ φιλανθρώπως καὶ πραβύμως ἐνδέχεσθαι τὸν ἑλληνικὸν λόγον, ὥσπερ ἐντῷ τὴν ψυχὴν ἔχομεν πρὸς παιδεύματα. Ἀλλ' ὅμως περὶ ἑκάστου τῶν μαθημάτων ὡς ἢ παρὰ Ἑλλήνων ἔφυεν, ἢ τετέλεσται δηλώσω. Ἄγε δὴ καὶ τῆς ὀρθῆς πολιτείας, μέγα τοῖς ἀνθρώποις, καὶ κράτιστον ἴσης ἀγαθόν; ἀρχὴν ἀφ' ἑαυτῆς τοῦ λόγου καταβαλῶ. Παραλιπὼν δὲ διὰ τὸ μῦθαν πολλοὺς νομοθετοῦντας μόνοι ὁ Λυκοῦργος, καὶ ὁ Σόλων ἄξιοι μνημον-

non. Hæc enim fatis erunt fortaffe, ut, fi quâ benevolentiâ, & ftudio erga Difciplinas afficimur, eâdem erga Græcas Litteras afficiamur: tamen de unâquaque ipfarum illud oratione mea oftendam, vel natam, vel inter Græcos adultam fuiffe.

Age verò initium ducamus à *Politiâ*, quæ modo benè conftituta, ac temperata fit, maximum in humanâ focietate bonum debet exiftimari. Nihil dicam de multis legum latoribus, quos Græcia accumulandis fabulis efficit illuftriores: (*a*) Lycurgus autem, & Solon orationem noftram jure fibi maximo vindicant. Hi enim fumma vi ingenii, mentis, ac

 ju-

(*a*) Plutarc. *in Vita Lycurgi, & Solonis. Mirum illud eft, cum* Lycurgus *non nifi verbera, plagas, labores;* Solon *vero humanifsimas*

judicii viri ita accuratè, decenter, justeque leges tulerunt; ut Lycurgus quidem Deo similis sit existimatus Apollinis testimonio, qui sese dubitare respondit, an Deum, an hominem Lycurgum putaret: Solon vero & suis, & externis Civibus maximo in honore, atque admiratione fuerit. Quorum utrumque recti justique imperii normam, & exemplum constituisse, illud optimo argumento esse poterit, (a) quod Romani illorum Leges amplexi tantam rerum omnium potentiam fuerint assecuti.

μονεύεσθαι. Οὗτοι μὲν γὰρ εὖ φρονοῦντες, καὶ μεγαλόψυχοι οὕτω καλῶς, καὶ δικαίως ἐνομοθέτησαν, ὥστε τὸν μὲν Λυκοῦργον εἰκάζεσθαι θεῷ, τοῦ Ἀπόλλωνος πρὸς αὐτὸν λέγοντος, Δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον· τὸν δὲ Σόλωνα ἀπόβλεπτον πᾶσι γεγένησθαι. Ἀμφότεροι γὰρ παρεσχήκασιν τὸ παράδειγμα τῆς καλῆς, καὶ ὀρθῆς πολιτείας. καὶ ὅτι τοῦτ' ἀληθὲς, σημεῖον ἔχω διαλαμπρότατον. Ἐκείνων γὰρ νόμοι ἀπὸ ῥωμαίων δεξάμενοι τοσαύτην τούτοις δύναμιν εἰσήνεγκαν. ἔπειτα μὲν ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ μεγαφρονεῖν οὗτοι πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ εὐδοκιμεῖν δόξουσιν. Εἰκὸς ἄν. Τῶν γὰρ ἐθνῶν οἱ πλεῖστοι ἐν σκότῳ καὶ ἀγνοίᾳ παντοδαπῇ κεί-

---

mas ac suavissimas leges inducerent; potuisse utrumque tamen, felices, ac potentes suos Cives efficere: quod certe Legislatorum prudentiam singularem ostendit. Vidend. Plutarc. *in horum Vitâ.*

(a) *De numero Legatorum video non satis convenire inter Scriptores, sunt qui X. sunt qui dumtaxat V. missos velint. Sed* Dyon. Halicar. *lib. X.* Livius *Decad. I. lib. III. cap. XXXIII. litem omnem dirimunt, dum manifestè affirmant III. tantum fuisse missos.*

κείμενοι, οὐδεμίαν περὶ τῶν θείων εἶχον ἐπιμέλειαν ἢ γνῶσιν· ἀλλὰ γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀνέφυντο ἐπιφανεῖς πολλοὶ, καὶ ἐν τῇ θεολογίᾳ εὐδοκιμώτατοι· ἄξιαι δὴ τὸ μὲν πρῶτον μνημονεύεσθαι αἱ Σίβυλλαι, ἔνθεοι γυναῖκες, καὶ πρὸς τὸ ἀκριβὲς θεολογοῦμεναι.

Τῶν γὰρ ἁγίων τῶν ἡμῶν οἱ πλεῖστοι Πατρῶν τοῖς ἐκείνων εἴχοις καὶ ῥήμασι κεχρώμενοι, διατελοῦσι κατὰ τῆς πολυθείας.

Θαυ-

Deinde in rebus Theologicis & sibi maxime placere, & illustriores cæteris omnibus esse Græci videntur: neque id injuriâ. Cum enim (*a*) plurimæ reliquarum nationum in tenebris, atque ignoratione rerum divinarum jacerent, neque illarum curam ullam haberent, aut notionem; tamen plures apud Grecos extiterunt in Theologicis illustres, atque conspicui. Jure autem suo primum nobis occupent Sibyllæ (*b*) locum, fæminæ illæ quidem ethnicæ, sed rerum divinarum peritissimæ.

Ple-

(*a*) Lactan. *Divin. Instit. lib. IIII. cap. XXIII. Ex Barbaris verò nullum, preter unum Anacharsim Scytham, qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi & Linguam, & Grecas Litteras didicisset.*

(*b*) *Quanto in pretio libri Sibyllini à Romanis fuerint habiti, documento esse potest, & quod diligenter à XV. viris asservarentur, & quod eorum unus, qui transcripta carmina illorum alteri communicavit, capitis sit condemnatus.*

(*a*) Plerique enim Sanctorum Patrum contra Deorum (*b*) multitudinem illarum testimoniis perpetuo utuntur. Ego vero satis mirari non possum, Viri Acad. nonnullos esse neque obscuros, neque cætera indoctos viros, qui nihil, quod ad Sibyllarum pertinet oracula, (*c*) sincerum ac genuinum opinentur. O audacem istorum hominum infamiam!

Θαυμάζω δὲ τούτων, ὦ Ἄνδρες Ἀκαδημαϊκοὶ, τινὰς εἶναι οὐδ᾽ ἀφανεῖς οὐδὲ τ᾽ ἄλλα ἀπαιδεύτους, τὰ τῶν Σιβύλλων οὐδὲν γνήσια λέγοντες. Τόλμα τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀναισχυντία· εἰκὸς γὰρ ἂν εἴη, καὶ πρέπον τοῖς ἡμῶν διδασκάλοις ἕπεσθαι. Ἡδέως ἔγωγε, καὶ προθύμως σφόδρα περὶ τούτων ποιησαίμην λόγους. ὡς καλῶς ἔχει ἡ Πατρῶν δόξα· ἀλλὰ οὐ καιρὸς· νῦν καιρὸς ἐπὶ τούτοις διατρίβειν.

Tos-

quanto foret æquius communes sequi religionis magistros? Sed non est quidem his locus; de quibus ego perquam libenti promptoque animo verba facerem, Patrumque sententiam propugnarem.

Er-

(*a*) *Vix unus aliquis è Patribus est, qui pro re natâ carmina Sibyllina non adduxerit: in iis vero potissimum* Augustinus, Lactantius, & Clem. Alexand.

(*b*) *In hac causa actor præcipuus Blondellus Calvinista contendit, quæcumque Sibyllarum carmina circunferantur, ea omnia conficta ab imprudenti aliquo Christiano fuisse.* P. Crasset *doctus Jesuita causam Patrum propugnat, vel obtinet potius, cum ostendat vix potuisse illarum carmina corrumpi.*

(*c*) Suidas *tradit* Hermem. *dixisse*: ἐκ Τριάδι μίαν εἶναι Θεότητα: *in Trinitate unam esse Divinitatem.* Lactan. *item passim in* Instit. *sapientissimum in Theologicis* Hermem *indicat.*

Τοιγαροῦν, τὰ λοιπὰ περιλαμβάνων διηγήσομαι· προσθήσω τὸν Ἑρμῆν τὸν καλούμενον τρισμέγιστον· προσθήσω τοὺς ἑπτὰ λεγομένους σοφούς· προσθήσω τὴν περὶ τῆς θεολογίας ἐν τῷ Πλάτωνι ἐπιφαινομένην νόησιν· οἱ μὲν ἅπαντες μηδαμῶς τοσούτου ἀπολαύσαντες ἀεὶ, τύχωσι, κλέους, εἰ μὴ καὶ τοὺς τρόπους ἀγαθοὶ, καὶ τὴν σοφίαν ὑπερέφανοι ὦσιν, καὶ τελειώτατοι.

Ἆρα γε ἐκ τούτων ἀνάβασις εἰς τὴν ἀληθεστέραν θε-

ολο-

Ergo ad alia orationem convertam. Addam Hermem illum Trifmegiftum celeberrimum: addam feptem illos Græciæ fapientes Viros: addam rerum divinarum cognitione præftantifsimum Platonem: qui profecto omnes, (a) tantam, quantâ femper floruerunt, gloriam nunquam fuiffent adepti; nifi ad mores integri, ad fapientiam confpicui, & perfectifsimi fuiffent.

Jam vero ad veriorem

L

in Theologicis cognitionem Chriftianorum hominum gradũ faciamus: quantũ ad hãc verò Græcus fermo cõducit?

Ha-

(a) Numenius *de* Platone *habet*: *Quid eft aliud Plato, nifi Mooyfes atticizans? fæpe enim Plato multa arcana Theologiæ tractavit, quę forfitan ab Hebręis defumpta Gręco more fabulosè exornavit, vel potius corrupit.*

Habemus enim Sacras Litteras græcè nobis traditas, (a)quas neque rectè, neque tutò is interpretetur, qui Græcorum linguam non didicerit. Quid loquar Sacras Synodos, & plurimas, & (b) antiquissimas? Quid Sanctorum Patrum libros accuratissime elaboratos? Quid?(c) qui græcè nesciat, nonne in iis cæcutiat, necesse est? Quam verò illud turpe & indignum, Theologos Christianos eam igno-

ολογίαν τὴν τῶν Χριστιανῶν γίνεστο· πόσον πρὸς ταύτην ὠφελεῖ ὁ λόγος ἑλληνικὸς; ἔχομεν γὰρ καὶ τὰς ἁγίας γραφὰς, ἃς οὐκ ἐςὶν κατ' ἄξιον, καὶ ἀκινδύνως ἑρμηνεύειν, πλὴν τῷ ἐπὶ τῷ λόγῳ ἑλληνικῷ πεπαιδευμένῳ. Παραλείπω δὲ καὶ ἱερὰς συνόδους, πλείςας, καὶ τὰς ἀρχικὰς, ἑλληνικὰς, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῖν πολλὰ πεπονηκότων γεγραμμένα. μόνον μὲν λέξοιμι ἄν, αἰσχρὸν, ὦ Ἀκαδημαϊκοὶ, τοὺς Θεο-

(a) *Refertæ verbis græcanicis sunt Sacræ Litteræ: exempli causâ,* Phylacteria, Parasceve, Exodus, Probatica, *& sexcenta alia. Quare viri cæteroquin docti nonnunquam turpiter in interpretatione lapsi, ut qui* Timotheum *interpretabatur,* Beneficum: *ut qui,* Cœmeterium, *inquit, dicitur à* Cimen, *quod est dulce, &* Sterion *quod est statio; ibi enim dulciter defunctorum ossa quiescunt. Mirum ni rideat quidquid est ubique cachinnorum.*

(b) *In Conciliis Græcæ unius voculæ notio, ut in Nic. I.* ὁμόσιος, *in Florentino* λατρεύω, *quot lites non diremit?*

(c) *Quid in legendis Patribus lingua Græca efficiat, docuerit doctissimus in exoticis linguis* Petavius, *qui gravissimas controversias ex notione unius verbi transigit; nec sinit scripta illorum ab Hæreticis impune corrumpi.*

Θεολόγυς Χριςιανοὺς ἀγνοεῖν τὰ ἑλληνικὰ, τὸ πρᾶγμα ἔχειν.

Φέρε δὲ οὐ τοσαύτην ὠφέλειαν παρέξει πρὸς τ' ἄλλα μαθήματα λόγος ἑλληνικὸς; μᾶλλον δὲ καὶ τῆς εἰρημένης πλείω. Ἐν τῇ γὰρ ἰατρικῇ οὐδεὶς ἀγνοῶν τὰ ἑλληνικὰ, μηδαμῶς διαφέρειν δύναται. ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ τὰ τῶν ῥημάτων ἑωλωδῆ ἂν διαφύγωμεν, εἰ παρὰ ἡμῖν φιλοσοφήσαντες τὴν ἑλληνικὴν γλῶτταν ἔμαθον· ἐν τῇ καὶ ἱςω.

gnorare linguam, quæ doctrinæ suæ fontes aperiat! Age(a) vero eandemne utilitatem lingua græca ad alias habet disciplinas? imo vero longe majorem. In Medicis enim rebus, qui græca non intelligat, eminere nullo pacto poterit: in Philosophicis, ut nihil dicam aliud,(b) sordes profecto verborum fugissemus, si nostri Philosophi græce scissent: in historicis ita excellunt Græci, ut nihil fit, neque in pace, neque in bello, nuque apud suos, neque apud exteras gentes, quin illi scriptis ac memoriæ commendaverint. Jam quantum illi in oratoris mune-re,

(d) *Hæretici restitutores sese sermonis greci sępe jactant; atque Catholicorum Theologorum imperitiam sępius crepant: scilicet nesciant ante* Polyglotta *Complutensia edita fuisse, quàm Lutherus à Pontifice Romano deficeret.*

(a) *Notum est quanto melius apud eruditos audiret Philosophia, si sectarum Conditores non ex Arabum interpretationibus, sed ex Græco fonte doctrinam bibissent.*

re, atque officio emineant; nemo melius quam Tullius ostenderit; (a) qui Græcos regnare in dicendi arte fatetur. Poeseos vero propriam sibi ac perpetuam possessionem compararunt: adeo, ut qui Latini Poeta Græcos propius imitati fuerint, ii maxime laudentur. Quę cum ita sint, omnino tenendum arbitror, maximam facultatem, vimque habere

ἱστορικῇ οὕτως ὑπερβαίνουσιν, ὥστε οὐδὲν εἶναι μήτε τῶν ἐν τῇ εἰρήνῃ, μήτε τῶν ἐν τῷ πολέμῳ, μήτε παρ' ἑαυτοῖς, μήτε παρὰ ἀλλοφύλων πραγμάτων ὧν οὐκ ἂν Ἕλληνες ἱστόρησαν. Τὴν δὲ καὶ ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς στίχοις δόξαν ἰδίαν ἑαυτῶν ἐποίησαν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁ Κικέρων ἐπὶ τοῖς λόγοις πρωτεύειν τοὺς ἕλληνας, φησίν. περὶ δὲ τῆς ποιήσεως οὐκ ἔστιν ἀπορεῖν· ἐκεῖνοι γὰρ τῶν Λατίνων μά-

Græcorum sermonem ad omnem partem studiorum, atque doctrinæ. Et verò si quid olim Romani, si quid denuo Itali in Litteris profecerunt; id omne Græcis (b) est in acceptis referendum. At enim dicat aliquis, non perinde nunc; at-

---

(b) *Cicero sese passim imitatorem, & laudatorem Demosthenis profitetur. Virgilius item Homerum perpetuò ferme vertit; Terentius Menandrum, Horatius Pindarum; alios item alii.*

(a) *Notum est, à Turcis captà Constantinopoli an. M.CCCC. LVI. Græcos sapientes ad Italiam confugisse, secumque litteras & litterarum studium attulisse. Græcus Bessarion Græcorum Codicum Bibliothecam XXX. aureorum millibus emptam Venetiis instruxit.*

μάλιϛα εὐδοκιμήσαντο οἱ ἐν τῷ τοὺς Ἕλληνας μιμεῖσθαι ἀκριβέϛεροι ὄντες.

Ὅθεν οἶμαι, πολλὴν ἔχειν τὸν λόγον τὸν ἑλληνικὸν πρὸς τὰ παιδεύματα ῥοπήν. καὶ γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι μὲν πάλαι, νεωστὶ δὲ Ἰταλικοὶ ἀφ᾽ ἑλλήνων τὰ μαθήματα ἐδέξαντο. Ἆρα γε οὐδ᾽ εἰπεῖν ἔχοι τις, οὐδὲν νυνὶ ἡμῖν δέον περὶ τοῦ λόγου ἑλληνικοῦ, ὥσπερ ἂν τὸ πάλαι, φιλοπονεῖν, καὶ φροντίζειν, διὰ τῆς ἡμῖν νυνὶ ὑπαρχούσης τῶν ἑρμηνειῶν ἀφθονίας. Πρῶτον μὲν τοῦτο ἂν αἰσχρὸν, μήτε προσῆκον, φημι, τῷ τυχόντι ἑρμηνεῖ πιϛεύειν, καὶ ἀκολουθεῖν· ἐξαμαρτάνειν γὰρ οὐκ ἅπαξ δῆλον, τοὺς ἑρμηνευτάς. Εἰ δὴ οὖν ἁμαρτάνοντας οὐδὲν, μᾶλ-

atque olim necessariam esse linguam græcanicam; cum nihil sit Græcum, quin nobis latinum fece rint interpretes. Primum quid turpius; quâm obvio cuique interpreti non tam credere, quam sese deci- piendum tradere? An vero obscurum est, sæpe nume- ro ipsos internuncios ab- errare?(a) At fac eos tamen ne digitum quidem extra sensa Scriptorum profer- re : tamen omni studio

M lin-

(a) Libet pauca interpretum vitia in oculis omnium ponere, ut videant, quàm parum interpretibus sit accredendum. In Athanasii Epist. ad Solit. τὰ βίλα vertitur tabula. In Basilii Hom. in Proverb. ἄνευ ἐν τῷ λέγειν τέχνης vertit interpres, sine arte dicendi, pro τοῦ, sine fraude, & fallaciâ. Cyrilli in Isaiam lib. III. cap. XLI. ποιημάτων, quod valet creaturarum, sit poematum insulsissime. Luciani in Jove Tragœdo illud de Poetis, ἅπαντα ὑπὲρ τοῦ τέρπειν μηχανῶνται vertitur imperitissimè: super sumo machinantur omnia. Loquacissimus quisque delassetur, si cuncta persequi velit: adeo de hoc genere multa sunt.

lingua Græca discenda esset, vel quod ornatu verborum, vel quod sententiarum gravitate abundet: quibus certe rebus Latinæ orationi antestat. Est enim illud Occumenii omnino verum, suam cuique Linguarum esse formam, ac characterem: græcæ autem proprium esse splendorem, ac venustatem. (*a*) Quare nihil mirum si litterarum amatores tam præclarum, tamque honestum studium cordi semper habuerint: illud potius jure mirandum, nonnullos esse, qui illud aspernentur: in

μᾶλλον καὶ καθ' ὅλον ἀληθεύοντας ἔχοιμεν τοὺς ἑρμηνεῖς. ἄξιον μέντοι καὶ τότε τῷ λόγῳ τῷ ἑλληνικῷ ἐπιχειρεῖν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ἐνεστώσης χάριτος, καὶ σεμνότητος, ἀφ' ἧς ὑπερέχει τὸν λατῖνον. Τοῦτο γὰρ ἀληθὲς ὅ φησιν Οἰκουμένιος, πᾶσιν τοῖς λόγοις ἰδίους εἶναι· καὶ ἕκαστον ἀπ' ἄλλων ἀποκρίνοντας χαρακτῆρας, τὸ δὲ τῆς γλώττης ἑλληνικῆς ἴδιον εἶναι τὴν λαμπρότητα. Διότι οὐδὲ ἦν θαυμαστὸν, τοὺς φιλομούσους ἀεὶ τοῦ καλοῦ οὕτω καὶ ἀγαθοῦ παιδεύματος ἐπιθυμοῦντας τετυχηκέναι μᾶλλον ἄπιστον δοκεῖ, τινας εἶναι τούτου αὐτοῦ ἀμε-

quo, quæcumque possint sui amorem excitare, (*b*) ea omnia

(*a*) Oecumenius *in II. ad Corinth.I.*

(*b*) Cyril. *lib.VII. contra Julian. Atticam linguam, ait, esse donum Dei non vulgare, imo longè pulcherrimum, & fructuosissimum.* August. *lib.I. Conf. XIII. se reum fatetur, quod puer linguam græcam odisset. Et tamen erunt amusi, quibus vacuum studium hoc nostrum, & labor videatur.*

ἀμελοῦντας· ἅτινα γὰρ δύναται τὴν ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν ἐμβάλλειν καὶ ἐνεργεῖν πάντα ταῦτα ἀφθόνως ἔνεστιν τῷ λόγῳ τῷ ἑλληνικῷ τὸ δήπου χρήσιμον, τὸ τερπνόν, τὸ καλόν. Εἴ τινες οὖν ὑμῶν μέχρι τοῦ νῦν ἠμέλουν παραινῶ, καὶ δέομαι, μὴ τοσούτου θησαυροῦ διὰ τῆς ῥαθυμίας ἀποστερεῖν ἑαυτοὺς βούλωνται.

omnia Insunt abundanter & copiose. Nihil est enim Græcâ linguâ utilius, nihil jucundius, nihil honestius. Quæ cum ita sint, si qui forte adhuc minus de linguâ Græcâ laborarint, eos oro, atque hortor, ne tanto sese thesauro in posterum defraudent.

ΤΕ'ΛΟΣ.



Ἐν τῇ ΚΕΡΒΑΡΙ'Αι τῶν ΛΑΚΕΤΑΝΩ͂Ν

Ἐξετυπώθη παρ' ΕΜΜΑΝΟΥΗ'Λ ΙΒΑ'ΡΡΑ τοῦ τῆς Ἀκαδημίας Τυπογράφου. ͵αψιϛ.

Vidit Blasius Larràz Doctor Theologus è S.J. Humaniorum Litterarum Cervariensis Professor, ex commissione Perillustris Domini Cancellarii.

De Quintana, Cancellarius.

CORRIGENDA.

Pag.25. v. 27. feram — fero.
Pag.26. v. 6. partibus — artibus.
Pag.35. v. 36. Protector esto: — Protector;
Pag.58. v. 1. σὴν — σὺν.
Pag.59. v. 9. ἀναζητεῖν — ἀναζητεῖν.
Pag.59. v. ult. Rhæd. — Rhod.
Pag.62. v. 26. *Dyon* — Dion.
Pag.64. v. 27. ἐκ — ἐν.
Pag.68. v. 22. LVI. — LIII.

